L'edizione nella quale io cerco il testo ha questo titolo: Paramâṟta-kuruviṉ katei [1]; *The adventures of the Gooroo Paramartan, a tale in the tamul language, accompanied by a translation and vocabulary ... by Benj. Babington* [2]. London, 1822. Il Babington si propone saviamente di tenersi alla lettera del suo autore [3]: ha gli stessi intenti del Dubois; se poi questo avvenga per modo che l'ultimo si aiuti con l'opera del primo, vedremo. Onestamente, ma imprudentemente, il francese pose nel suo frontespizio che le due serie di novelle furono tradotte *la première fois sur les originaux indiens.* Pensava al suo paese, non già alle altre regioni di Europa.

Ma riserbo la novella, e le notizie di un'altra opera del Beschi che veggo quasi trascurata anche nella Compagnia, alla *Seconda Nota*; e intanto, prima di aggrapparmi a sodo terreno, getto un tentacolo.

Di una versione latina del *Paramârtha*, fatta dal Beschi stesso, si cita la stampa fatta nell'India nel 1845 a Pondichery, nella *tipografia delle missioni straniere.* Il titolo vero non è scritto da' bibliografi; che tutti, se non erro, posano sulla notizia data da un *anonimo italiano* [4]. Questi, secondo una tradizione che corre nell'India, pare fosse il p. Gallo, della *provincia torinese*, che visse un trent'anni nella penisola, dotto così di teologia come di lingua tamulica.

---

(1) Della trascrizione dico poi. Per caso, come è facile vedere, tutto il titolo è sanscrito: *Paramârthagurunah kathâ.*

(2) Chi è avvezzo ai bei caratteri tamulici delle stampe moderne, a codesti che imitano di più le forme dei manoscritti, si mostra malcontento; ma la stizza passa presto.

(3) *It has been my endeavour rather to adhere to the literal meaning of words, than to attempt, by indulging in latitude of expression, to give the force and spirit of the original* (pag. V).

(4) Cfr. anche il De Backer (III, 163). L'anonimo dice: « *La favola di Paramarta prete degli Idoli, e maestro di Scuola, scritta in Tamoul dal P. Beschi per eccitare nella lingua e nello stile tamulico i novelli missionari, e tradotta dall'Autore stesso in latino.* Tipog. delle miss. straniere, 1845 ».

Ora io ho, fra i miei libri, un manoscritto tamulico e latino della Novella del p. Beschi (1), e prima di affermare che la versione è proprio di lui, come è probabile, vorrei essere assicurato da chi possa fare i confronti. Il titolo è questo: FABULA DE ETHNICORUM MAGISTRO PARAMARTA GURU DICTO: e la terza novella comincia a questo modo:

ACTUM, CONDUCTO BOVE, ITER. *Elapsis post haec pluribus diebus, longioris itineris necessitas advenit. Cum autem tam longe iter pedibus Magister conficere nequiret, bovem cornibus carentem conduxerunt* (2).

SULLA TRASCRIZIONE DELLE LETTERE TAMULICHE

Non guido la pronuncia ma bado a rappresentare i segni coi segni. Le vocali sono o brevi o lunghe: a, â; i, î; u, û; e, ê, o, ô; ei, au. Potrei scrivere ai, alla sanscritica, e avvertire che, fuori dalla prima sillaba, *ai* diventa *ei*; scelgo il suono più frequente. Forse è simbolo comodo *ăi.*

Numero le consonanti secondo l'ordine tenuto dai grammatici e dirò che tutti s'accordano per le lettere k (1), t (7), n (8), p (9), m (10), y (11), r (12), l (13), v (14). Per le altre avvertirò a quali lettere mie corrispondano quelle nei libri del Caldwell (*Compar. grammar*, 1875[2], p. 3), del Pope (*Tamil Handbook* 1895[5], pag. 8), del Lepsius (*Standard alphabet*, 1863[2], pag. 224), del Müller (*Reise der öst. Fregatte Novara. Linguist. Theil.* Wien, 1867, pag. 78).

ñ (2), come presso agli altri, eccetto il Pope che dà ng.

s (3), ç il Pope, č il Lepsius, ć il Müller: ś, chch, secondo i luoghi, il Caldwell. — Scrivo con ń la nasale che la precede (Lepsius, Müller).

---

(1) E il testo suona: Pala-nâḻ ozinta piṉpu tûra-ppayaṇatukk avasaram vantatu. Attaṉei tûrañ kâṉaṭeiyâka ppôka kkûṭât êṉṟ ôru môzeimâtu-vâṭakeikk amatti kkôṇṭu vantârkaḻ.

(2) Non è autografo di certo, perchè da un facsimile conosco la mano di scritto del Beschi, e perchè l'amanuense fa qualche errore di suo.

ṭ (5), ṇ (6). Come gli altri: e a comodo di stampatori si può sostituire il corsivo.

z (15): ṛ presso a tutti, meno il Müller che scrive l con lineetta sotto, e un punto sotto a quella. Questo mio z non è che simbolo. Vero è che s'accosta alla pronuncia volgare in alcune provincie; e se avessi il ř dei boemi, mi servirebbe meglio. (Cfr. Caldwell, pag. 28).

ḷ (16), come gli altri.

r̲, o r corsivo (17), se le stamperie non hanno r con la lineolina. Il Pope, un ṛ, con punto: il Caldwell, r minuscolo, ma più grasso delle altre lettere: il Müller un t con lineetta e punto, come in l: il Lepsius un t con r piccino sottoposto.

n̲ o n corsivo. Altri non lo distinguono da n dentale; il Müller pone linea e punto: il Lepsius, un punto sotto e un accento grave sopra la lettera.

Il Pope, in edizioni anteriori (p. es. nella seconda, che è di Madras 1859, scriveva s invece di ç e R invece di ṛ. — In qualche libro s'usa in luogo di ṛ un r con due punti sotto.

Alle lettere tolte al grantha (Pope, *Handb.*, pag. 18 sh, s, h, j, Koh) rispondono: sh, ṣ, h, j, x. — Regola del tamulico è che le tenui (k, t, ṭ, p) tra due vocali diventino medie (g, d, ḍ, b) e così davanti a nasale: restano tenui in principio di parola e raddoppiate; onde *pâṭṭu* (canzone) serba il suono forte, ma *pâṭukir̲ên̲* (io canto) diventa *pâḍugirên̲*, cioè, per noi italiani *padughiren*. Più grave pare lo scambio nelle palatali o diciamo meglio che la raddoppiata conserva il suono, confusosi negli altri casi in una sibilante; onde *nassu* (velenoso) suona *naciu* e *nańsu* (veleno) suona *nangiu*. Anche *-r̲r̲-* suona -tt-. Ora nelle trascrizioni s'usa quasi sempre di sostituire il suono voluto dai segni nella varia loro posizione; ma è più vicino all'esattezza l'astenersene, lasciando da fare a chi legge.

Se invece si guarda a' bisogni di chi non ama le sottigliezze dei critici, si segue un'altra strada; come nel *Lady's tamil book*... by Elijah Hoole, Madras 1860, che dà in lettere latine parte del *Libro delle preghiere*. Anche la dentale vi diventa interdentale, perchè *t* e *d* si pronunciano come ϑ, come

il th di *than* nell' inglese; *umatu samâtânattei enkaḷukku aruḷiseyyum* (favorisci a noi la tua grazia), sarà scritto *umathu samâthânattei engaḷukku aruḷicheyyum* pag. (63); ed *enṟu* (dicendo) diventa *endru* (pag. 62) perchè infatti quella dentale si frammette, come tra la plebe di alcune nostre province Enrico suona *Endrico.*

I tamuliani poi fanno strazio delle voci sánscrite che amano tanto, come noi amiamo e guastiamo le voci greche.

IL PROCESSO DEI GUGLIELMITI

Nota del Socio F. Tocco.

Il testo, che pubblico qui sotto, porta nel codice ambrosiano A. 227 inf. questa rubrica:

PROCESSUS AB INQUISITORIBUS HAERETICAE PRAVITATIS CONFECTI MEDIOLANI ANNO DOMINI MCCC. CONTRA GUILLELMAM BOHEMAM, VULGO GULIELMINAM, EIUSQUE SECTAM: ET ALIA QUAEDAM PAUCULA, AD EANDEM GUILLELMAM, ET AD DULCINUM HAERESIARCHAM NOVARIENSEM, ET AD SANCTI PETRI VERONENSIS MARTYRIS CAEDEM PERTINENTIA.

Il manoscritto, dal quale fu tolto, è ben noto, e il Molinier ne dette parecchi anni sono un'accurata descrizione (1). Frammenti di questo manoscritto furono pubblicati dal Palacky negli atti della R. Accademia di Praga del 1839, e più recentemente il Dottor Andrea Ogniben nel suo volumetto: *I guglielmiti nel secolo XIII*, Perugia, Santucci, 1867 ne pubblicò una traduzione compendiata, arricchendola d'importanti note. Ma il benemerito dottore, non avendo fatti degli studi speciali sull'eresia del Medio Evo, non potè apprezzare il movimento Guglielmita nel suo giusto valore. Credo quindi opportuno ritornare su questo argomento, sul quale anche il Lea nella storia dell'Inquisizione (vol. III, p. 90-102) scrisse recentemente belle pagine sulla scorta dell'Ogniben. Pubblicherò da prima il manoscritto ambrosiano nella sua integrità, e in seguito discorrerò del partito, che se ne può cavare.

(1) Molinier, *Études sur quelques manuscrits des bibliothèques d'Italie.* Paris Léroux 1887, p. 79.

Quaternus Imbriviaturarum Beltrami Salvagnij civitatis Mediolani porte nove notarij, factarum coram fratribus Guidone de Cochenato et Raynerio de pirovano ordinis predicatorum Inquisitoribus hereticorum.

In nomine dominj amen. anno a nativitate eiusdem millesimo trecentesimo, indictione tertiadecima.

Cum defferente fama et accusante clamore, ad nos fratres Guidonem de Cochenate et Raynerium de Pirovano ordinis predicatorum inquisitores heretice pravitatis in Lombardia et Marchia Ianuensi auctoritate sedis apostolice deputatos pervenerit, quod quedam persone, tam mares quam femine, que alias tanquam suspecte de heresi et infamate citate fuerant per diversos inquisitores et abiuraverant omnem heresim coram eis, post dictas abiurationes longo tempore fecerunt oculta conventicula et congregationes multarum personarum tam masculorum quam feminarum et etiam predicationes; nos volentes descendere et videre utrum clamorem, qui ad nos pervenerat, opere compleverint, inquisitionem contra eos facere incepimus, prout inferius continetur.

Andreas filius quondam Girardi Saramite, civitatis Mediolani, burgi porte Cumane foris, citatus et requisitus per Balzarrum de Monte orfano, servitorem comunis mediolani et officij inquisitionis heretice pravitatis in Lombardia et Marchia januensi auctoritate sedis apostolice deputati, comparuit coram suprascripto fratre Guidone inquisitore, et abiuravit omnem heresim, credentiam, receptationem et defensionem et favorem heretice pravitatis cuiuscumque secte. Iuravit quoque manutenere fidem catholicam et ipsam fidem et catholicos defendere suo posse, ac persequi hereticos et credentes, fautores et defensores eorum, prout ipsi hereticorum inquisitori melius videbitur expedire. Insuper dicere veritatem de se et de aliis, tam vivis quam defunctis, quoscumque scit vel scire poterit pecare in heresi vel etiam pecavisse de hiis que pertinent ad officium Inquisitionis, et nominare ac revellare et accusare eos bona fide sine fraude ipsi hereticorum inquisitori vel alii cui comissum fuerit; et si tunc non recordaretur, quam

cito recordabitur; et quod inquisitionem sive de se sive de aliis ingenio aliquo non impediet, imo eam impedientibus se opponet; preterea attendere de cetero inviolabiliter et servare omnia mandata ecclesie et dicti inquisitoris, que ei fecerit uno tempore vel diversis occasionibus heretice pravitatis; hec omnia et singula promittendo sub pena solempni stipulatione promissa de libris quinquaginta imperialium dandis et solvendis ipsi inquisitori nomine ecclesie atque suo et officij inquisitionis in pecunia numerata, cum omnibus expensis dampnis et interesse, que fierent vel passus fuerit dictus inquisitor et eius officium pro ipsa pena seu pecunia exigenda. Que pena totiens comitatur per eum et totiens exigi possit et incurrat, quotiens inventus fuerit fecisse vel venisse contra predicta vel aliquod predictorum, et pena soluta nichilominus teneatur semper predicta omnia et singula attendere et servare. Et insuper quod sustinebit penas canonicas et legiptimas si inventus fuerit recidivasse vel ficte jurasse, aut veritatem de se vel de aliis non dixisse; pro quibus omnibus attendendis et servandis in singulis capitulis predictus Andreas obligavit se et omnia sua bona pignoravit presentia et futura predicto inquisitori renuntianti suo nomine et ecclesie et aliorum inquisitorum, renuntiando omni juri et auxilio usus et legis, quo seu quibus se tueri vel juvari aut contravenire posset ullo modo; renuntiando etiam omni exceptioni non factarum abjurationum et juratarum premissionum et obligationum, et omnium predictorum non ita actorum et omni probationi in contrarium. Et insuper predictus Andreas constituit predictum inquisitorem et alios inquisitores, qui per tempora fuerint, suum judicem et suos judices, in hac parte se ipsorum jurisdictioni subitiendo. Eo acto et expressim dicto quod predictus inquisitor seu inquisitores sua propria auctoritate, et sine auctoritate et licentia alterius cuiuscumque judicis, si contingat quod ipse Andreas predictam penam incurrat, possit invadere et occupare bona ipsius Andree tam mobilia quam immobilia, ubicumque inventa fuerint, et in solutum accipere et habere usque ad solutionem quantitatis pene quam incurrerit. Item eo acto et expressim dicto quod dictus Andreas possit omni tempore conveniri pro predictis omnibus et singulis ubique sub quolibet judice spirituali et seculari;

non obstantibus aliquibus feriis vel dillationibus causarum nec aliquo interdicto. Et quod non possint dari in solutum pro predicta pena seu pecunia aliquid aliud quam pecuniam numeratam, scienter renuntians et expressim ipsis omnibus feriis et earum dillationibus et omnibus statutis, consiliis et ordinamentis factis vel faciendis per commune Mediolani in contrarium predictorum, et omni alij juri et auxilio usus et legis unde se tueri posset. Et insuper dictus Andreas juravit sub pena predicta ad voluntatem predicti inquisitoris et aliorum inquisitorum, qui per tempora fuerint, si contingerit ipsum facere seu venire contra predictum suum juramentum in toto vel in parte contra fatiendo vel non servando, omnes penas et penitentias, reales et personales, quas sibi imponere voluerit pro suis culpis et excessibus tam presentibus quam futuris, suscipiet et sustinebit, portabit et complebit patienter sine aliqua contradictione, ad voluntatem illius inquisitoris et aliorum, qui per tempora fuerint; salvis omnibus aliis cautionibus et obligationibus per eum factis et prestitis coram inquisitoribus heretice pravitatis. Actum Mediolani in domo fratrum predicatorum in camera ubi fit officium inquisitoris heretice pravitatis, coram suprascripto fratre Guidone inquisitore.

Interfuerunt ibi testes vocati et rogati, frater Petrus de Marcellinis, et frater Guillelmus de Carcano, et frater Anselminus de Castano, omnes ordinis fratrum predicatorum. MCCC. die mercurii .XX. mensis Julij, indictione tertiadecima. Traditum per Beltramum Salvagnium, communis mediolani porte nove notarius officii inquisitionis.

Interrogatus dictus Andreas Saramita a suprascripto fratre Guidone inquisitore sub debito prestiti juramenti et penis, quibus modo et alias teneatur et est inquisitionis officio obbligatus, si unquam habuit familiaritatem vel notitiam seu amicitiam alicuius heretici vel heretice alicuius secte veteris vel nove, respondit non. Interrogatus si aliquis de parentela sua tam ex parte patris quam ex parte matris fuerit hereticus vel heretica vel eorum credens, respondit non. Interrogatus si unquam fecit aliquod servitium alicui heretico vel heretice, et si recepit ab eis aliquod servitium et si fuit ad eorum predicationem, respondit non. Interrogatus si co-

gnovit Guillelmam sepultam apud monasterium Clarevalis, in vita illius Guillelme, respondit quod sic. Interrogatus si scit vel audivit unde fuerit illa Guillelma, respondit quod sic, videlicet quod fuit filia quondam Regis boemie ut dicebatur. Interrogatus si ipse inquisivit veritatem de hoc, respondit sic, videlicet, quod ipse Andreas ivit usque ad regem Boemie et invenit regem mortuum et invenit quod ita erat. Interrogatus qua de causa ivit ad inquirendum hoc, respondit quod ivit ad significandum Regi quod illa Guillelma · erat mortua, et si ipse Andreas aliquid posset obtinere a Rege propter honorem impensum dicte Guillelme per ipsum Andream. Interrogatus ipse Andreas si ivit ad dictum Regem occasione procurandi cum eo Rege ut illa Guillelma canonizaretur per ecclesiam, respondit quod non ut tunc, sed alias bene dixit sed non procurando. Interrogatus quam vitam ducebat illa Guillelma in vita sua. respondit quod ipsa ducebat vitam communem in cibo et potu et vestibus. Interrogatus ipse Andreas si scit vel audivit quod illa Guillelma fecerit aliquod miraculum in vita sua, respondit quod sic, et spetialiter in magistrum Beltramum de Ferno de quodam signo, quod ipse magister habebat in oculo, et in Albertonum de Novate de fistula una, quam ipse habebat. Interrogatus ipse Andreas si scit vel audivit, quod ipsa Guillelma fecerit aliqua miracula post mortem suam, respondit quod ipse audivit de quibusdum dominabus, que voverunt illi sancte Guillelme, et precibus illius obtinuerunt adeo quod ipse petebant, et specialiter domina Petra uxor Thomaxij Oldegardi, et domina Catella uxor Leonis Oldegardi. Interrogatus si unquam audivit quod ipsa Guillelma diceret se esse spiritum sanctum, respondit non. Interrogatus si scit vel audivit quod aliqua persona diceret vel crederet in vita ipsius Guillelme vel post mortem eius, quod ipsa Guillelma esset spiritus sanctus, hoc est tertia persona in trinitate, respondit quod ipse bene audivit a sorore Manfreda de Pirovano et a sorore Meliore de Saramitis, sorore dicti Andree, testis, et a domina Ricadona matre ipsius Andree, quod ipse domine credebant quod ipsa Guillelma esset spiritus sanctus, tertia persona in trinitate. Interrogatus si ipse credit quod hoc credere sit hereticum, respondit quod credit bene quod hoc credere sit hereticum et magna heresis. Interrogatus

dictus Andreas si unquam dixit, denuntiavit vel revellavit aliquid de predictis alicui inquisitori hereticorum, respondit quod non nisi postquam fuit requisitus super hoc ab inquisitoribus. Interrogatus si dicte mater et soror sui Andree mortue sunt in illo errore, vel si fuerunt absolute, respondit quod non sunt mortue in illo errore, sed bene fuerunt absolute a fratre Manfredo de Dovaria, ordinis predicatorum tunc inquisitore, et revocaverunt errorem suum. Interrogatus si scit vel audivit quod postquam ille domine fuerunt absolute, antequam morerentur, vel etiam dicta soror Manfreda vel aliqua earum recidivaverint in eodem errore vel perseveraverint in eundem errorem, respondit non, nec de ipsis aliquid postea audivit nec scivit. Actum Mediolani in domo fratrum predicatorum in camera, ubi fit officium inquisitoris heretice pravitatis, coram suprascripto fratre Guidone inquisitore. Interfuerunt ibi testes vocati et rogati fratre Petrus de Marcellinis, et Ambrosius Poronus, et Anselminus de Castano, omnes ordinis predicatorum, die mercurii .XX. mensis Julij .MCCC. indictione XIII^a, traditum per suprascriptum notarium.

Ibique incontinenti, presentibus suprascriptis testibus, dictus frater Guido inquisitor ut supra precepit suprascripto Andree Saramite sub iuramento et penis, quibus tenetur officio obligatus, quod non debeat dicere nec revellare nec annuntiare alicui persone aliquid de eo quod ipse dixit in predicto suo dicto. coram suprascripto inquisitore, et quod die crastina inmediate post missam debeat comparere coram suprascripto inquisitore apud sanctum Eustorgium. Actum ut supra suprascripto anno et die.

Bellacara uxor ser Bonadei Karentani, civitatis Mediolani porte Romane, citata per Balzarrum de Monte orfano servitorem officii inquisitionis heretice pravitatis, de mandato fratris Guidonis de Cochenato ordinis predicatorum, inquisitoris heretice pravi tatis, in Lombardia et Marchia januensi auctoritate sedis apostolice deputati, comparuit coram suprascripto fratre Guidone jnquisitore et abiuravit omnem heresim, juravit quoque dicere veritatem de se et de aliis de hiis, que pertinent ad officium inquisitionis etcetera in omnibus et per omnia secundum modum et formam officii jnquisitionis heretice pravitatis superius scriptam,

et sibi diligenter expositam et expressam, et ei ad intelligendum datam sub pena librarum .XXV. imperialium etcetera, salvis tamen omnibus aliis cautionibus et obligationibus per eam factis et prestitis dicto officio inquisitionis. Actum in ecclesia sancti Eustorgii fratrum predicatorum de Mediolano. Interfuerunt ibi testes vocati et rogati, fratres Petrus de Marcellinis, et Leonardus pergamensis ambo ordinis predicatorum conventus Mediolani, suprascripto anno et indictione, die martis .XXVI. mensis Julij, traditum per Beltramum Salvagnium notarium dicti officii.

Interrogata dicta Bellacara a suprascripto fratre Guidone inquisitore sub debito prestiti juramenti et penis quibus modo et alias tenetur et est inquisitionis officio obligata, si unquam juravit in manibus alicujus inquisitoris, respondit quod sic, videlicet in manibus fratris Manfredi de Dovaria, ordinis predicatorum tunc inquisitoris. Interrogata si unquam habuit notitiam vel familiaritatem alicuius heretici vel heretice alicuius secte, respondit quod non ex sua conscientia vel scientia. Interrogata si scit vel audivit, quod aliquis de parentella sua, masculus vel femina fuerit hereticus vel heretica vel eorum credens, respondit quod Rugerius Demianus pater ipsius Bellacare fuit jam cruce signatus per fratrem Anselmum tunc inquisitorem occasione heresis. Interrogata ipsa Bellacara quod cum ipsa dixerit in quodam suo dicto, quod ipsa dixit coram suprascripto fratre Manfredo de Dovaria inquisitore, quod ipsa credebat quod Guillelma, que est sepulta apud monasterium Clarevalis erat spiritus sanctus; interrogata a quo vel a quibus fuerat docta vel instructa, respondit quod ipsa testis et domina Flordebellis filia dicti Andree Saramite, et domina Melior soror dicti Andree, et soror Jacoba de Nova, et dictus Andreas omnes fuerunt docte et instructe de hoc, a sorore Manfreda de Pirovano. Item dixit dicta Bellacara quod ipsa et dictus Andreas et predicte domine Flordebellis, et Melior et soror Jacoba fuerunt citate et requisite de hoc per suprascriptum fratrem Manfredum de Dovaria inquisitorem, et comparuerunt coram eo in domo fratrum humiliatorum domus de Modoetia sita in burgo porte ticinensis foris, et juraverunt in manibus suprascripti fratris Manfredi inquisitoris. Et ipse frater

Manfredus inquisitor absolvit eam et predictas alias percutiendo eas cum baculo uno super spatulas. Et ab illo tempore citra ipsa Bellacara non credidit hoc. Interrogata si postquam juravit ut supra, audivit aliquem de predictis vel aliquam aliam personam, que diceret quod dicta Guillelma esset spiritus sanctus, vel que induceret eam Bellacaram ad credendum hoc, respondit non. Interrogata si unquam audivit vel credidit vel docta fuit credere quod dicta Guillelma deberet resurgere ante generalem resurrectionem, et si ipsa audivit aliquam personam, que diceret se hoc credere ad omnia et singula, respondit quod non. Interrogata si unquam credidit vel audivit ab aliqua alia persona, que crederet quod dicta Guillelma sit illa per quam judei et pagani sint salvandi, respondit quod ipsa nunquam hoc credidit nec audivit. Interrogata si postquam ipsa fuit citata ex parte dicti fratris Guidonis inquisitoris fuit locuta cum dicta sorore Manfreda de Pirovano, respondit quod sic die dominico proximo preterito, et dixit ipsa Bellacara quod dicta soror Manfreda non dixit sibi nisi quod ipsa deberet secure comparere coram inquisitore et dicere sibi veritatem. Interrogata si unquam comedit aliquam hostiam vel aliquas hostias, quam vel quas dicta soror Manfreda de Pirovano sibi dederit vel miserit, respondit non, sed ipsamet bellacara bene emit hostias, quas fecit portari et poni super tumulum dicte sancte Guillelme, et ex devotione illius sancte Guillelme bene comedit de illis hostiis, et nescit aliquam aliam personam, que habuerit vel receperit de illis hostiis. Interrogata quot festa fatiunt in anno ad honorem dicte Guillelme, respondit quod fatiunt duo festa in anno, unum videlicet in festo sancti bartolomei et aliud apud festum omnium sanctorum et non plura. Interrogata si audivit quod vestes fuerint facte per ipsam Guillelmam tempore mortis sue, et quod ipsa deberet resuscitari, respondit quod ipsa bene audivit quod ille vestes fuerunt facte, sed non quia ipsa sancta Guillelma deberet resurgere, sed quia ipsa Guillelma debebat portari in Boemiam. Interrogata ipsa Bellacara si fuit cum aliis dominabus et masculis in aliqua parte, ubi dicta Manfreda predicaret vel loqueretur aliqua verba ad modum predicationis, respondit quod sic pluries in domo sororum de Blassono in

oratorio, ubi multe persone erant congregate, ita quod oratorium erat quasi plenum. Et ipsa soror Manfreda aliquando exponebat evangelia et aliquando loquebatur de sancta Katerina et de aliis sanctis. sed postquam dicta Manfreda exivit de illa domo de Blassono non audivit eam predicare nec exponere ut supra. Actum Mediolani in ecclesia sancti Eustorgij fratrum predicatorum, coram suprascripto fratre Guidone inquisitore. Testes fuerunt ibi vocati et rogati fratres Petrus de marcellinis et Leonardus pergamensis, ambo ordinis fratrum predicatorum .MCCC. die martis .XXVI. mensis Julij. indictione XIII[a], traditum per Beltramum Salvâgnium notarium officij inquisitionis.

Magister Jacobus de Ferno, civitatis Mediolani porte Vercelline, venit coram suprascripto fratre Guidone de Cochenato inquisitore. Interrogatus dictus magister Jacobus a suprascripto fratre Guidone inquisitore sub debito prestiti juramenti et penis quibus tenetur et est inquisitionis officio obligatus, si quidam libellus, quem dictus inquisitor tenebat in suis manibus, in quo scripte sunt letanie, fuit ipsius magistri Jacobi, respondit quod sic. Interrogatus a quo habuit illum libellum, respondit quod ipse habuit illum libellum vel a sorore Manfreda de Pirovano vel a domina sua sancta Guillelma. Interrogatus quot anni sunt quod ipse magister Jacobus hahuit illum libellum, respondit quod habuit illum ab annis .X. citra. Interrogatus si ipse legendo in illo libello, invenerit in eo aliquid quod credat esse errorem, respondit non. Interrogatus si ipse unquam audivit a dicta sorore Manfreda, quod ipsa loquatur cum dicta sancta Guillelma et quod contemplaretur cum ea, et quod ipsa viderit eam in spetie columbe, respondit quod ipse non audivit hoc a dicta sorore Manfreda, sed bene audivit hoc ab aliis sed non recordatur a quibus. Interrogatus ipse magister Jacobus si die sabbati proximo preterito quando inquisitor fecit eum citari dixit vel alij dixerunt sibi quod ipse inquisitor non posset facere officium inquisitionis, et quod officium inquisitionis esset ablatum ab eo inquisitore, respondit quod ipse hoc non dixit, sed bene audivit hoc dici ab aliis. Interrogatus a quo vel a quibus audivit dici quod ipse inquisitor non potest facere officium, respondit quod non recordatur a quibus hoc audivit, sed credit quod

audivit hoc a magistro Beltramo de Ferno filio suo. Interrogatus si credit quod spiritus purus et simplex possit videri et palpari et tangi, respondit quod non. Interrogatus si unquam audivit dici quod quedam femina que vocatur Taria deberet fieri cardinalis, respondit quod bene audivit hoc dici, sed nescit a quibus audiverit. sed de hoc habuit ipse magister Jacobus magnam abominationem. Interrogatus si audivit quod aliquis de devotis dictarum sancte Guillelme et sororis Manfrede deberet esse papa, respondit quod ipse bene audivit hoc dici, sed nescit a quibus. Interrogatus si postquam fuit citatus per inquisitorem, ut supra, fuit locutus cum presbitero Mirano beneficiali ecclesie sancti Firmi mediolanensis, respondit quod sic in domo sui testis. Interrogatus quod ipse presbiter dixit ipsi testi, respondit quod ipse presbiter dixit sibi, quod ipse fuerat citatus ex parte inquisitoris, et quod ipse presbiter bene venerat ad ipsum fratrem Guidonem inquisitorem, sed ipse non potuerat loqui cum eo, et ipse magister Jacobus testís similiter dixit eidem presbitero Mirano, quod ipse quoque fuerat citatus. Interrogatus dictus magister Jacobus si tunc facta fuit inter eos aliqua mentio de libris et de hostiis, de quibus facta est mentio in aliis dictis huius testis, respondit quod de libris bene facta fuit tunc mentio inter ipsum testem et dictum presbiterum Miranum, de hostiis vero nulla fuit facta mentio inter eos. Et ipse presbiter Miranus dixit huic testi: eatis secure coram inquisitore et dicatis veritatem, et ipse magister Jacobus testis similiter dixit dicto presbitero Mirano. Actum Mediolani in domo fratrum predicatorum, in cela magna dicti fratris Guidonis, coram ipso inquisitore. Interfuerunt ibi testes vocati et rogati fratres Petrus de Marcellinis et Leonardus pergamensis, ambo ordinis predicatorum, et Manfredus filius quondam ser Guarnerij de Cera civitatis Mediolani porte Ticinensis foris, die martis XXVI, mensis Julij, MCCC, indictione XIII^{a}, traditum per suprascriptum Beltramum notarium.

Presbiter Myranus capellanus ecclesie sancti Firmi, civitatis Mediolani porte Ticinensis contratae illorum de Pusterla, qui longo tempore fuit de devotis domine Guillelme, sepulte apud monasterium Clarevalis, et qui post mortem ipsius domine Guillelme

ivit cum Andrea Saramita usque ad regem Boemie, et qui fuit satis secretarius spetialis sororis Manfrede de Pirovano, et dicti Andre (sic) Saramite, citatus per Balzarrum de Monteorfano, servitorem officij inquisitionis, precepto fratris Guidonis de Cochonato ordinis predicatorum inquisitoris heretice pravitatis in Lombardia et Marchia januensi auctoritate sedis apostolice deputati, comparuit coram suprascripto fratre Guidone inquisitore, et juravit dicere veritatem de se et de aliis tam vivis et ceteris, secundum modum et formam officij inquisitionis sibi diligenter expositam et expressam. Actum Mediolani in domo fratrum predicatorum in cella magna dicti fratris Guidonis inquisitoris coram ipso inquisitore. Interfuerunt ibi testes vocati et rogati fratres Nicola de Varena de Cumis et Petrus de Marcellinis, ambo ordinis predicatorum, die sabbati penultimo mensis julij .MCCC. indictione XIII[a]. traditum per suprascriptum notarium.

Interrogatus predictus presbiter Miranus a suprascripto fratre Guidone de Cochenato inquisitore sub debito prestiti juramenti ut dicat omnia ea, que scit et audivit de sorore Manfreda de Pirovano, et Andrea Saramita et aliis quos et que scit vel credit seu audivit esse devotos et devotas sancte Guillelme sepulte apud monasterium Clarevalis, in primis suo sacramento, respondit et dixit: quod pluries audivit a dictis Andrea et sorore Manfreda et a pluribus aliis de devotis dicte sancte Guillelme, quod ipsa sancta Guillelma erat spiritus sanctus tertia persona in trinitate, scilicet spiritus sanctus, et quod ipsa Guillelma debebat resurgere et ascendere in celum, videntibus devotis illius sancte Guillelme, et ad hec credenda induxerunt et instruxerunt plures masculos et feminas devotos ipsius Guillelme, ut credit, et etiam scit, quia aliquando fuit presens quando predicti Andreas et soror Manfreda predicta dicebant aliis, videlicet domine Aydeline, uxori Stephani de Crimella, et domine Flori de Lovis sive que stat cum Rugerio de Lova in curso Brolij, et sorori Agneti de Montenariis, et domine Bellacare uxori ser Bonadei Karentani; et predicta audivit presentibus predictis modo possunt esse .X. vel .XII. anni vel idcirca, et sine eis bene audivit predicta a suprascriptis Andrea et sorore Manfreda, ab annis .VI. quatuor vel tribus citra, et quasi publica vox et fama erat inter ipsos devotos et de-

votas quod predicta dicebant et credebant. Item dixit dictus presbiter Miranus quod ipse audivit a predictis Andrea et sorore Manfreda, quod sicut Christus passus fuit in forma hominis ita illa Guillelma debebat pati in forma mulieris propter peccata falsorum christianorum et illorum, qui crucifixerunt Christum. Item dixit dictus presbiter quod ipse audivit a predictis Andrea et sorore Manfreda, quod postquam dicta Guillelma resurrexisset et ascendisset in celum, debebat mittere spiritum paraclitum discipulis suis in pentecosten preteritam. Item dixit quod audivit a predictis Andrea et sorore Mayfreda, quod ipsi debebant mutare leges et facere evangelia nova, et facere cardinales et ordines, et in ipsa resurrectione debebant esse archiepiscopi et episcopi et (sic) assensionem dicte domine Guillelme, et aliquando dicebant sibi testi: licet subtrahatis vos a nostris congregationibus, tamen bene eritis de illis qui predicta videbunt et sentient. Item dixit dictus presbiter quod predictus Andreas et Albertonus de Novate, et Franceschinus Malcolzatus portaverunt hostias de Claravale. Item dixit dictus presbiter quod ipse scit firmiter quod aliqui ex devotis dicte sancte Guillelme fatiunt pingi figuram suprascripte sancte Guillelme sub nomine sancte Katerine. Et hoc ipse presbiter scit; quia ipsemet suis propriis manibus pinxit eam in ecclesia sancte Marie minoris mediolani, et in ecclesia sancte Eufumie (sic) Mediolani et alibi in pluribus partibus. et hoc fuit antequam ipse testis esset sacerdos. Item dixit quod dicta soror Manfreda instruxit discipulos et discipulas dicte sancte Guillelme ne dicerent veritatem, si interrogarentur; quia spiritus sanctus bene adiuvaret eos. Et credunt se sustinere passionem pro amor espiritus sancti, sicut apostoli sustinuerunt pro Christo. Item dixit dictus presbiter Miranus testis, quod Filixinus Karentanus et magister Beltramus de Ferno dixerunt sibi testi, quod antequam ipse testis veniret ad fratres, quod ipse iret ad loquendum cum dicta sorore Mayfreda de Pirovano, et magister Jacobus de Ferno et plures alii dixerunt sibi hoc. Item dixit dictus presbiter quod audivit a predictis magistro Jacobo et Andrea et a pluribus aliis, quod quidam ex discipulis debet tradere eos in manus fratrum, sicut Judas tradidit Christum in manus judeorum. Item dixit quod ipse audivit a suprascripto Andrea, quod iste presens papa

non potest absolvere nec condempnare, quia non est juste creatus, nec etiam archiepiscopus mediolanensis potest absolvere nec condempnare, cum ipse archiepiscopus factus sit ab ipso papa. Item dixit dictus presbiter testis quod predicti Andreas et soror Mayfreda dicunt quod tanta indulgentia est euntibus in Claravale ad sepulcrum suprascripte sancte Guillelme, quanta est euntibus ultra mare, dicendo sibi testi, quod ipse bene poterat habere indulgentiam, licet non ivisset ultra mare. Item dixit quod predicti Andreas et soror Mayfreda dicunt quod ipsi visibiliter viderunt suprascriptam sanctam Guillelmam, et quod ipsa sancta Guillelma benedicebat eis mensam, et quod ipsa sancta Guillelma loquebatur eis, ut ipse testis audivit a predictis Andrea et sorore Mayfreda, et ex hoc inducunt discipulos suos ad devotionem ipsius sancte Guillelme. Item dixit dictus testis quod antiquitus, quando predicta Guillelma defuncta fuit, dictus Andreas fecit fieri unam clamidem de purpura cum fibialia una argenti valente librarum quinquaginta tertiolorum, vel idcirca, quam fibialiam fecit Aymerricus de Varisio faber, et unum vestitum de purpura et duos subtulares deauratos, et dicebat dictus Andreas quod predicta parabat pro ipsa sancta Guillelma, quando ipsa debebat resurgere. Et predicta vidit dictus testis suis oculis, jam sunt anni. XII. et plus. Item dixit dictus presbiter Miranus testis quod audivit a predictis Andrea et sorore Mayfreda, quod peregrini debebant venire ab omnibus partibus mundi ad monasterium Clarevalis ad visitandum corpus dicte sancte Guillelme. Item dixit quod quando devoti illius sancte Guillelme vadunt ad predictam Mayfredam et recedunt ab ipsa Mayfreda, quod ipsa signat eos et dat eis benedictionem suam. Item dixit dictus testis quod audivit ab Aydelina predicta quadam vice veniendo de Clarevale et declinando in domo domine Carabelle Relicte quondam Amizonis Toschani porte Romane, ubi comederant in prandio cum pluribus aliis, presentibus predicto Andrea et magistro Jacobo de Ferno et dicto quondam Amizone Toschano et pluribus masculis et feminis, quod ipsa Mayfreda vel suprascripta sancta Guillelma habebat maiorem gratiam et virtutem et auctoritatem in terra quam unquam habuerit beatus Petrus apostolus, et de hoc murmurabat dicta domina Carabella. item

dixit hic testis quod audivit a predicto magistro Jacobo de Ferno in ecclesia sancti Firmi Mediolani quod Albertonus de Novate dixit quod ipse erat ad sepulcrum suprascripte sancte Guillelme, et quod ipse Albertonus videbat quod Andreas Saramita erat ligatus per fratres manus et pedes, et quod beata Guillelma solverat eum Andream, et quod ipse Albertonus vidit quod fratres volebant capere dictam sororem Mayfredam, et quod angelus defendebat eam Mayfredam trahendo ensem unum sanguinolentum huc et illuc. Et hoc idem audivit ipse testis a magistro Beltramo de Ferno, qui dixit quod ipse hoc audiverat a suprascripto Albertono. Actum Mediolani in domo fratrum predicatorum in cela magna dicti fratris Guidonis inquisitoris coram suprascripto inquisitore. Interfuerunt ibi testes vocati et rogati fratres Nicolaus de Varena et Petrus de Marcellinis, ambo ordinis predicatorum. MCCC. die sabbati penultimo mensis julij indictione tertiadecima, traditum per Beltramum Salvagnium, civitatis Mediolani porte nove notarium officii inquisitionis heretice pravitatis.

Soror Mayfreda, ordinis humiliatorum, et filia domini Morandi de Pirovano, constituta in presentia suprascripti fratris Guidonis de Cochenato inquisitoris ut supra. Interrogata ab ipso inquisitore, sub debito prestiti juramenti et penis, quibus tenetur et est inquisitionis officio obligata, si ipsa fecit quasdam letanias spiritus sancti, quas dictus inquisitor ostendit sibi, respondit quod ipsa bene fecit illas letanias et quosdam ritimos, que et quos ipsa Mayfreda non vidit postquam juravit in manu fratris Mayfredi de Dovaria tunc inquisitoris. Interrogata quomodo ipsa sciebat quod magister Jacobus de ferno haberet illas letanias, respondit quod ipsa audivit a paucis diebus citra quod ipse habebat illas letanias, sed non recordatur a quibus hoc audivit. Interrogata dicta soror Manfreda si ipsa fecit aliquam aliam scripturam nec orationes in devotione sancte Guillelme, respondit quod non. Interrogata si predictus magister Jacobus de Ferno ivit ad eam postquam fuit citatus ex parte inquisitoris, respondit quod sic, et dixit sibi quod ipse erat requisitus et ipsa soror Mayfreda dixit ei, ite et dicite veritatem, nolite periurare vos. Interrogata dicta soror Mayfreda si ipsa dicto magistro ia-

cobo, vel si ipse magister Jacobus dixit sibi testi aliqua verba de aliquibus hostiis, que fuerunt date vel portate de Claravale, respondit non, sed de hostiis bene recordatur, quod fuerunt portate sibi sorori Mayfrede de Clarevale, quas sibi portavit Albertonus de Novate; que hostie posite fuerant super sepulcro sancte Guillelme. Et dixit dicta soror Mayfreda quod de illis hostiis comedebant Franceschinus Malcolzatus et dictus Albertonus de Novate et Symoninus Montenarius et filij domini Gasparri de Garbagnate et Andreas Saramita et Filixinus Karentanus et magister Beltramus de Ferno et domine Sibilia de Malcolzatis et Aydelina uxor Stephani de Crimella et plures alij et alie, de quibus non recordatur. Interrogata dicta soror Mayfreda, si frater Mayfredus de Dovaria inquisitor absolvit eam quando juravit in manibus eius ut supra, respondit quod sic, in ista ecclesia fratrum domus de Marliano in qua sumus, et fuit quadam die lune; et absolvendo eam dicebat: miserere mei deus, et non recordatur si dictus frater Mayfredus percutiebat tunc ipsam sororem Mayfredam cum aliquo baculo seu virga. Interrogata si dictus frater mayfredus fecit sibi aliqua precepta, respondit quod non recordatur sive fecerit sive non. Interrogata si ipsa Mayfreda habuit notitiam et familiaritatem illius Guillelme in vita sua, respondit quod sic, sed non magnam nec secretam. Interrogata quis fuit magis devotus et devota et familiaris illius Guillelme, respondit quod Andreas fuit magis devotus illius Guillelme quam aliquis alius vel alia quam sciat. Interrogata dicta soror Mayfreda quis fecit pingi illum panum, qui est super altare in domo humiliatarum de Blasono Mediolani, in quo picte sunt tres persone, quarum due a dexteris et a sinistris videntur trahere captivos de carcere, respondit quod vel ipsa testis vel dictus Andreas vel sorores dicte domus de Blasono fecerunt pingi illum panum, sed non recordatur quis illorum. Et dixit quod facte fuerunt ille picture ante quam ipsa et dictus Andreas et alii citati fuissent per suprascriptum fratrem Mayfredum; quia tunc credebat quod predicta sancta Guillelma esset tertia persona in trinitate, et quod per eam deberent salvari judei et sarraceni, et illi sunt illi, qui sunt picti a parte sinistra. Interrogata ut nominet illos et illas, qui hoc credebant,

respondit quod Andreas Saramita et mater et soror eius, que mortue sunt, et soror Jacoba de Bassanis, et domina Bellacara de Karentanis — que domina Bellacara docta fuerat ab ipsa sorore Mayfreda hoc credere, de aliis nescit si habuerint ab ea vel aliunde — credebant predicta; sed quando ipsi et ipse erant inter se dicebant bene ista, et etiam predicta dicebant coram sororibus dicte domus de Blassono. Interrogata si ab octo vel .VI. annis citra, postquam juravit ut supra, alique persone congregabant se ad eam, respondit quod sic in domo dictarum sororum de Blassono, aliquando in parlatorio, aliquando in infirmaria et aliquando sub porticu, et ibi recitabat aliqua miracula de evangeliis et epistolis et alia de apostolis. Inter quos erant quandoque predictus Andreas saramita. et dicti Symoninus Montenarius et Franceschinus Malcolzatus, sed masculi nunquam comedebant ibi, excepto dicto Franceschino, sed femine bene comedebant ibi aliquando. Interrogata ipsa soror Mayfreda testis, si habuit aliquam reprehensionem a sororibus dicte domus de Blassono de illis conviviis et congregationibus, respondit quod sic pluries. Interrogata si modo quando ipsa soror Mayfreda stabat in domo illorum de Cuticis, si fiebant ibi congregationes sicut fiebant jn domo sororum de Blassono, respondit non in magna quantitate, nisi duo vel quatuor ad plus una vice. Interrogata si ipsa habuit de aqua, de qua lotta fuit dicta sancta Guillelma quando erat mortua, respondit quod ipsa bene habuit de illa aqua, sed nescit quis coligerit eam, et dixit quod non dedit de illa aqua alicui persone pro liberatione alicuius infirmitatis nec pro devotione. Interrogata si aliqua persona unquam colegit aquam, de qua ipsa soror Mayfreda lavabat manus pro aliqua devotione, respondit non. Interrogata dicta soror Mayfreda si unquam proiecit aliquas crustas vel reliquias panis in ignem, respondit non. Actum Mediolani in ecclesia fratrum domus humiliatorum de Marliano, porte ticinensis, coram suprascripto fratre Guidone inquisitore, presente fratre Nicolao de Varena de Cumis, ordinis predicatorum, MCCC die martis secundo mensis augusti indictione .XIII^{a}. traditum per Beltramum Salvagnium notarium officii inquisitionis heretice pravitatis.

Domina Sibilia Relicta quondam domini Beltrami Malcol-

zâti, civitatis Mediolani, porte nove, parrocchie Sancti Donini ad Mazam comparuit sponte coram suprascripto fratre Guidone de Cochenato inquisitore, et juravit stare mandatis ecclesie et inquisitorum et dicere veritatem de se et de aliis tam vivis quam defunctis, quos scit vel scire poterit in heresim peccare vel etiam peccavisse, sub pena librarum .XXV. imperialium, et cetera secundum modum et formam officii inquisitionis sibi diligenter expositam et expressam. Actum in ecclesia sancti Eustorgii fratrum predicatorum de Mediolano, coram suprascripto fratre Guidone inquisitore. Interfuerunt ibi testes vocati et rogati fratres Leonardus pergamensis, et Albertus Corbella, ambo ordinis predicatorum suprascripto anno et die et in dictione.

Interrogata dicta domina Sibilia a suprascripto fratre Guidone inquisitore sub debito prestiti juramenti et pena quibus tenetur et est inquisitionis officio obbligata, si unquam dixit, audivit vel credidit, quod sancta Guillelma que sepulta est apud monasterium Clarevalis Mediolanensis diocesis, sit spiritus sanctus, et spetialiter ab Andrea Saramita et a sorore Mayfreda de Pirovano vel ab altero eorum, respondit non. Interrogata si unquam audivit quod dicta sancta Guillelma deberet resurgere ante generalem ressurrectionem, et quod per eam Guillelmam deberent salvari judei et pagani, respondit non. Interrogata quot festa fiunt in anno ad honorem et devotionem dicte Guillelme per devotos et devotas ipsius Guillelme, respondit quod duo festa fiunt in anno ad eius honorem, unum videlicet in festo sancti Bartolomei, et aliud festum fit de mense octubris quando dicta Guillelma fuit portata seu translatata de cimiterio ecclesie sancti Petri ad Ortum ad monasterium Clarevalis. Interrogata dicta domina Sibilia quantum est quod ipsa primo habuit notitiam dicte sororis Mayfrede, respondit quod possunt esse anni .VIII. vel idcirca, et illam notitiam habuit dicta testis propter dominam Mariam sororem huius testis et uxorem domini Mayfredi de Oreppa jurisperiti. Interrogata dicta testis si postquam cognovit dictam sororem Mayfredam. scit vel audivit quod aliqua congregatio personarum facta fuerit in aliqua parte ⟨respondit quod sic⟩ et maxime in domo sororum domus de Blassono, et aliquando erant ibi congregate in illa domo .X. vel .XII. persone et non plus.

Interrogata si unquam audivit a dicta sorore Mayfreda vel ab Andrea Saramita vel ab aliqua alia persona quod dicta Guillelma habuerit .V. plagas, sicut habuit Jeshus Christus, respondit quod non. Interrogata dicta testis si unquam habuit vel recepit aliquas hostias a dicta sorore Mayfreda, respondit quod sic semel una vice quod ipsa domina Sibilia testis patiebatur febres ipsa soror Mayfreda misit sibi tres hostias. Item dixit dicta testis quod dicta soror Mayfreda bene dabat de illis hostiis aliis personis, sed dicta soror Mayfreda nunquam dedit nec communicavit dictam testem de aliqua hostia suis manibus. Interrogata dicta domina Sibilia testis si scit vel audivit, quod dicta soror Mayfreda induceret vel ortaretur aliquas personas ad devotionem dicte Guillelme et quod facerent ei vota, respondit, quod non, nisi quod ipsa testis semel vovit dicte Guillelme pro quadam sua infirmitate, de qua infirmitate liberata fuit. Interrogata dicta domina Sibilia, testis, si unquam fuit in aliquo convivio, quod fieret per devotos dicte Guillelme in domo sororum domus de Blassono vel in domo ipsius testis aut jn domo Guillelmi Cutice, ubi modo stabat dicta soror Mayfreda, respondit quod ipsa bene comedebat quandoque in domo dictarum sororum de Blasono cum multis aliis dominabus, et maxime in festo sancte Caterine. Interrogata si dicta soror Mayfreda dixit vel docuit ipsam testem vel aliquam aliam personam, quod si fratres facerent eam testem vel alios et alias devotos et devotas dicte Guillelme citari, quod non deberent dicere veritatem, respondit quod non, nec unquam hoc audivit nec scivit. Actum Mediolani in ecclesia sancti Eustorgium (sic) fratrum predicatorum coram suprascripto fratre Guidone inquisitore. Interfuerunt ibi testes vocati et rogati, fratres Leonardus pergamensis, et Symon de Dexio mediolanenses, ambo ordinis predicatorum conventus mediolanensis, die martis secundo mensis Augusti .MCCC. indictione .XIII. traditum per suprascriptum Beltramum notarium.

Domina Alegrantia uxor ser Johannis Perusii, porte Romane, domina Felix uxor quondam ser Francini de Casate, porte nove, ambe civitatis Mediolani et quelibet earum comparuerunt sponte coram suprascripto fratre Guidone de Cochenato ordinis predicatorum inquisitore, et juraverunt stare mandatis

ecclesie et dicti inquisitoris et aliorum inquisitorum, et dicere veritatem de se et de aliis, tam vivis quam defunctis, quos sciunt vel scire poterunt in heresim peccare vel etiam peccavisse, sub pena librarum .X. imperialium pro qualibet earum, quam penam totiens incurrant et cetera, in omnibus et per omnia secundum modum et formam officij inquisitionis heretice pravitatis eis et cuilibet earum diligenter expositam et expressam. Actum in dicta ecclesia sancti Eustorgii ut supra coram suprascripto fratre Guidone inquisitore. Interfuerunt ibi testes vocati et rogati fratres Leonardus pergamensis et Jordanus de Montechucho ambo ordinis predicatorum .MCCC. die martis secundo mensis augusti, indictione quarta decima, traditum per suprascriptum Beltramum notarium.

Interrogata dicta domina Alegrantia a suprascripto fratre Guidone de Cochenato inquisitore, sub debito prestiti juramenti et pena quibus tenetur et est inquisitionis officio obligata, si unquam habuit notitiam vel familiaritatem alicuius heretici vel heretice, respondit quod non. Interrogata dicta domina Alegrantia si ipsa habuit aliquem vel aliquam de parentella sua, qui vel que fuerit hereticus vel heretica, respondit non, nisi quod ipsa recordatur quod vidit quandam dominam sororem avie sue, que fuit combusta pro heretica. Interrogata ipsa Alegrantia si unquam dixit, audivit vel credidit quod sancta Guillelma, que sepulta est apud monasterium Clarevalis mediolanensis diocesis, sit spiritus sanctus, et quod ipsa Guillelma deberet resurgere ante generalem resurrectionem, et quod per eam Guillelmam deberent salvari judei et pagani ad omnia et singula, respondit non. Interrogata si unquam audivit quod ipsa Guillelma habuerit .V. plagas, sicut habuit Christus, respondit non. Interrogata si unquam recepit vel habuit aliquam hostiam a sorore Mayfreda de Pirovano, repondit non. Interrogata dicta domina Alegrantia si scit vel audivit vel docta est, quod si ipsa testis vel aliqua alia persona de devotis dicte Guillelme citaretur a fratribus inquisitoribus quod non deberet dicere veritatem respondit non. Actum in suprascripta ecclesia sancti Eustorgii coram suprascripto fratre Guidone inquisitore, presentibus suprascriptis fratribus Leonardo et Jordano testibus, suprascripto, anno et die, traditum per suprascriptum notarium.

Interrogata dicta domina Felix a suprascripto fratre Guidone inquisitore sub debito prestiti juramenti et penis, quibus tenetur et est inquisitionis obligata, si unquam dixit, audivit vel credidit, quod sancta Guillelma, que sepulta est apud monasterium Clarevalis mediolanensis dioecesis, sit spiritus sanctus, et si audivit quod Andreas Saramita et soror Mayfreda de Pirovano predicta dicerent vel crederent, respondit non. Interrogata si audivit quod ipsa sancta Guillelma deberet resurgere ante generalem resurrectionem, et quod per eam deberent salvari judei et pagani, respondit non. Interrogata dicta domina Felix quot festa fiunt in anno ad honorem dicte sancte Guillelme, respondit quod duo festa fiebant jn anno, unum videlicet in festo sancti Bartolomei quando mortua fuit, et aliud festum fit de mense octobris quando ipsa Guillelma fuit translatata et portata de civitate Mediolani ad monasterium Clarevalis. Interrogata dicta domina Felix si dicta soror Mayfreda vel aliqua alia persona docuit ipsam dominam Felicem, quod ipsa non deberet dicere veritatem coram inquisitoribus, si ipsa interrogaretur ab eis, respondit quod non. Interrogata si audivit quod dicta sancta Guillelma haberet quinque plagas in corpore, sicut habuit Jeshus Christus, respondit quod non. Actum Mediolani in ecclesia sancti Eustorgij, fratrum predicatorum, coram suprascripto fratre Guidone de Cochenato jnquisitore. Interfuerunt ibi testes vocati et rogati fratres Leonardus pergamensis, et Jordanus de Montecucho, ambo ordinis predicatorum .MCCC. die martis, secundo mensis augusti, indictione tertiadecima, traditum per suprascriptum Beltramum Salvagnium notarium officii inquisitionis.

Frater Girardus de Novazano filius quondam ser Gualterij tertii ordinis, civitatis Mediolani burgi porte Cumensis foris, qui alias abiuravit in manibus inquisitorum heretice pravitatis, ut dicit, et juravit dicere veritatem secundum formam officij inquisitionis, requisitus comparuit, coram Lafrancho de Amizis de Pergamo ordinis predicatorum inquisitore heretice pravitatis in Lombardia et marchia Januensi auctoritate sedis apostolice deputato. Et interrogatus dictus frater Girardus a suprascripto fratre Lafrancho inquisitore sub debito prestiti juramenti et aliis penis contentis in sua abiuratione, si ipse scit vel audivit aliqua que

essent vel viderentur esse contra fidem catholicam, et spetialiter de quadam sancta Guillelma, que sepulta est apud monasterium Clarevalis, respondit quod ab Andrea Saramita audivit pluries quod ipsa sancta Guillelma debebat resurgere, et quod ipse Andreas et alii quam plures expectabant eam resurrecturam, et de ista credentia sunt multe persone ut dixit ipse Andreas; et hoc audivit ab ipso Andrea jam sunt anni .XV. vel circa eo tempore, quo defuncta est ipsa Guillelma. Item dixit dictus frater Girardus quod dictus Andreas et alie persone devote ipsius sancte Guillelme fecerunt tunc temporis fieri quasdam pretiosas vestes deauratas et subtulares deauratos et unam cassam et plura alia ornamenta pro ipsa Guillelma, quam expectabant, ut dictum est resurrecturam. Et dictas vestes et dictos subtulares et dictam cassam vidit dictus frater Girardus in domo dicti Andree modo sunt anni XV vel idcirca, et audivit pluries ab ipso tempore citra quod expectabant eam resurrecturam, non solum tunc temporis. Item dixit dictus frater Girardus quod audivit ab ipso Andrea quod dicta sancta Guillelma habuerat. V. plagas in corpore suo similes plagis Jeshu Christi. Et hoc idem audivit a quadam muliere, que nominatur Aydelina uxor Stephani de Crimella, quod ipsa viderat illas plagas dicte Guillelme et eas terserat. Item dixit dictus frater Girardus, quod dictus Andreas signat mensam, dicendo in nomine patris et filij et veri spiritus sancti. Item dixit dictus frater Girardus quod ipse Andreas et complices sui vel devoti et devote dicte sancte Guillelme faciunt tria solempnia festa in anno ad honorem dicte sancte Guillelme, unum scilicet in festo sancti Bartolomei quando defuncta est, et aliud de mense octobris quando translatatum fuit corpus suum apud monasterium Clarevalis, et aliud in pentecoste; quia ipse Andreas dixit quod ipsa Guillelma est spiritus sanctus et quod spiritus sanctus resuscitabit in ea. Item dixit dictus frater Girardus quod ipse audivit quod soror Mayfreda de Pirovano, soror humiliatarum domus de Blassono, congregat multas personas et eis predicat. Item dixit dictus frater Girardus quod bene sunt .XV. anni quod accepit a dicto Andrea Saramita mutuo quoddam psalterium, et invenit in ipso psalterio quandam cartam de palperio (sic), in qua scriptum erat quod filij spiritus sancti erant dispersi

et in carcere positi. Interrogatus dictus frater Girardus ab ipso fratre Lafranco inquisitore quid hoc vellet dicere, respondit quod hoc dicebat quia inquisitores citaverant aliquos ex devotis ipsius sancte Guillelme. Item requisitus dictus frater Girardus ab ipso inquisitore, ut nominet devotos dicte sancte Guillelme, nominavit ibi dictum Andream et Albertonum de Novate et Filixinum Karentanum et Franceschinum Malcolzatum et Simoninum Collionum et Magistrum Beltramum, filium magistri Jacobi de Ferno, et Ottorinum et Franceschinum, filios domini Gasparri de Garbagniate. Actum Mediolani in domo fratrum predicatorum coram suprascripto fratre Lafrancho inquisitore, in cela parva inquisitorum. Interfuerunt ibi testes vocati et rogati fratres Petrus de Marcellinis et Anricus Buscha et Leonardus pergamensis, omnes ordinis predicatorum. MCCC. die lune .XVIII. mensis Julij, indictione XIII, traditum per Beltramum Salvagnium notarium officij inquisitionis.

Frater Girardus predictus iterum citatus per Balzarrum de Monteorfano servitorem officij inquisitionis de mandato fratris Guidonis de Cochenate ordinis predicatorum, inquisitoris heretice pravitatis in Lombardia et Marchia januensi auctoritate sedis apostolice deputati, comparuit coram suprascripto fratre Guidone de Cochenate inquisitore, et quia dictus frater Girardus dixerat in suprascripto dicto suo, quod dixit coram suprascripto fratre Lafrancho jnquisitore, quod dictus Andreas Saramita dicebat quod dicta Guillelma debebat resurgere, et non dixit quando; interrogavit dictus inquisitor dictum fratrem Girardum sub juramento et penis, quibus tenetur officio obligatus, quando hoc deberet esse. Respondit quod in presenti debebat resurgere, unde ibidem dixit quod expectabant eam Guillelmam resurrecturam a tempore obitus sui, et quod ipse Andreas dicebat quod fecerat predictas vestes nominatas, in alio dicto suo, ad vestiendum eam Guillelmam quando resurgeret. Et cassam, quam dixit se vidisse in domo dicti Andree cum aliis rebus, recordatus dixit quod vidit illam cassam in domo fratris Petri tertii ordinis, qui stabat super murum Fossati, qui eam cassam debebat guarnire. Item cum ipse frater Girardus dixerit jn suprascripto dicto suo quod dictus Andreas signat mensam, dicendo in nomine patris et filij et

veri spiritus sancti, et non dixerit comodo hoc sciret, dixit modo, quod hoc vidit et audivit pluries, et semel ipse frater Girardus reprehendit eum Andream dicendo quod ipse Andreas non debebat signare mensam, sed ipse frater Girardus debebat signare, cum ipse esset frater. Item dixit dictus frater Girardus quod ipse Andreas et alii, qui sunt de illa congregatione, habent libros et scripturas de illa sancta Guillelma et de vita sua, et quando ipse frater Girardus ibat ubi erant congregati aliquando, videbat libros et scripturas dicti Andree, in quibus ille Andreas legebat, et ipse Andreas non permittebat eum Girardum videre in illis scripturis sed claudebat eas. Item dixit dictus frater Girardus quod quando ipse comparuit coram suprascripto fratre Lafrancho inquisitore, et se fecisset ab eo inquisitore ⟨interrogari⟩, ipse Andreas fuit ad domum dicti fratris Girardi, et interrogavit eum fratrem quod fecistis cum fratribus? et ipse frater Girardus respondit eidem Andree, ego juravi, custodite facta vestra, quia fratres inquisitores cominationes fatiunt, Unde fratres Clarevalis male faciunt quod comparant sanctam Guillelmam predictam lune et stellis in suis predicationibus et recipiunt oblationes et luminaria pro ea Guillelma. Actum Mediolani in domo fratrum predicatorum in cella magna dicti inquisitoris, coram suprascripto fratre Guidone jnquisitore. Interfuerunt ibi testes vocati et rogati fratres Petrus de Marcellinis et Leonardus Pergamensis, ambo ordinis Predicatorum, et Manfredus filius quondam ser Guarnerij de Cera, civitatis Mediolani, porte ticinensis foris .MCCC. die martis .XXVI. mensis julij, in dictione XIII, traditum per suprascriptum Beltramum notarium.

Soror Mayfreda filia domini Morandi de Pirovano et soror professa in ordine humiliatorum. Iterato comparuit coram suprascripto fratre Guidone de Cochenato inquisitore petens misericordiam a Deo et ab ipso inquisitore, dicens quod male dixit coram predicto fratre Guidone inquisitore in priori dicto suo, quod ipsa dixit coram eo suprascripto anno die martis .XVIII. mensis aprilis scripto per Mayfredum de Cera notarium officij inquisitionis, et in alio dicto suo, quod ipsa dixit coram dicto inquisitore suprascripto anno, die martis secundo mensis Augusti scripto per suprascriptum Beltramum notarium officij. Sed modo promittit

Deo et ipsi fratri Guidoni inquisitori dicere veritatem meram et plenam de hiis, que sciverit et de quibus fuerit interrogata ab ipso inquisitore pertinentibus ad officium inquisitionis. Interrogata dicta soror Mayfreda a suprascripto fratre Guidone inquisitore, sub debito prestiti juramenti et penis quibus tenetur et est inquisitionis officio obligata, si postquam juravit in manibus et coram fratre Mayfredo de Dovaria ordinis predicatorum tunc inquisitore hereticorum, audivit et docta fuit quod Guillelma, que nunc sepulta est apud monasterium Clarevalis mediolanensis diocesis, fuerit persona spiritus sancti, tertia scilicet in divina trinitate persona, et fuerit verus deus et verus homo in sexu feminino, sicut Christus fuit verus deus et verus homo in sexu masculino; et si audivit et docta fuit quod sicut Christus passus fuit, mortuus et sepultus in quantum homo, sic ipsa Guillelma, que erat spiritus sanctus, mortua est secundum humanam naturam et non secundum divinam naturam ipsius spiritus sancti, respondit: quod omnia et singula suprascripta audivit ab Andrea Saramita, et de omnibus predictis et singulis fuit docta ab ipso Andrea. Interrogata si audivit et docta fuit quod sicut Christus resurrexit cum corpore suo et, videntibus suis discipulis, ascendit in celum, et in pentecoste misit eis visibiliter in linguis igneis spiritum sanctum, ita et ipsa sancta Guillelma debebat apparere cum corpore humano et in sexu femineo ante generalem resurrectionem, et in celum ascendere cum corpore, videntibus suis discipulis amicis et devotis, et debeat eis mittere spiritum sanctum in spetie lingue ignis, respondit quod de omnibus et singulis predictis docta fuit per predictum Andream. Interrogata dicta soror Mayfreda quod ipsa credebat de predictis, respondit quod ipsa aliquando dubitavit an predicta essent vera, sed de dubitatione tali nunquam nichil dixit nec revelavit alicui. Interrogata si audivit et docta fuit, quod sicut Christus dereliquit in presenti vita beatum Petrum apostolum, suum vicarium et sibi comisit ecclesiam suam, et sibi tradidit claves regni celorum, ita et ipsa Guillelma, que est spiritus sanctus, dimittere debeat predictam sororem Mayfredam suum vicarium in predictoribus (sic), respondit et dixit, quod quando predicta sibi dicebantur per predictum Andream, ipsa soror Mayfreda tunc derridebat, tamen

dixit quod ipsa credebat quod predicta deberent ita esse, licet aliquando de hoc dubitaret. Item interrogata si audivit et docta fuit, quod sicut beatus Petrus apostolus celebravit missam et predicavit in Yherusalem, ita et ipsa soror Mayfreda primo celebrare debeat missam ad sepulcrum spiritus sancti idest ipsius Guillelme, et postea solempniter celebrare debeat missam et sedere et predicare in ecclesia sancte Marie Mayoris mediolanensis, respondit quod predicta bene audivit et docta fuit ab ipso Andrea, tamen aliquando ipsa Mayfreda credebat predicta et aliquando non credebat. Interrogata si audivit et docta fuit ab ipso Andrea quod sicut discipuli Christi scripserunt evangelia, epistolas et prophetias, ita et ipse Andreas, mutando titulos, scripsisset evangelia et epistolas et prophetias sub hac forma, videlicet in illo tempore dixit Spiritus sanctus discipulis suis et cetera, et epistola Sibilie ad novarienses, et prophetia Carmei prophete ad tales civitates et gentes et cetera, respondit quod predicta bene audivit a predicto Andrea, tamen circa predicta nec credebat nec non credebat. Interrogata dicta, cum dictus Andreas dixerit in quodam dicto suo, quod ipse Andreas dixit hoc anno die veneris .V. mesis augusti, scripto per Mayfredum de Cera notarium officii jnquisitionis, quod Franceschinus Malcolzatus debebat celebrare primam missam ad sepulcrum sancte Guillelme et dicta soror Mayfreda debebat celebrare secundam missam solempniter; interrogata dicta Mayfreda si ipsa hoc audivit credidit vel docuit, respondit quod nunquam dixit nec docuit, sed credendo dubitabat; sed dictus Andreas bene dicebat hoc aliis devotis dicte sancte Guillelme, et coram ipsa Mayfreda et coram aliis. Interrogata dicta soror Mayfreda, ut nominet omnes illas personas masculos et feminas, quibus ipsa Mayfreda comunicavit et quos docuit istos errores, respondit quod omnes infrascripti et infrascripte fuerunt docti et docte, et eis manifestati fuerunt predicti errores, videlicet domina Sibilia uxor quondam domini Beltrami Malcolzati, domina Petra, domina Katella, ambe de Oldegardis, domina Dionese de Novate, domina Margarita uxor quondam domini Robiate de Novate, domina Bellacara uxor ser Bonadei Karentani, domina Aydelina uxor Stephani de Crimella, domina Flos, que stat in domo Rugerij de Lova, do-

mina Alegrantia de Perusiis, domina Petra uxor quondam Mirani de Garbagniate, ut credit, domina Jacoba uxor magistri Jacobi de Ferno, domina Antonia uxor magistri Beltrami de Ferno, soror Jacoba de Bassanis de Nova, soror Flordebellina de Saramitis, soror Agnes de Montenariis, Andreas Saramita, Simoninus Montenarius, magister Beltramus de Ferno, Filixinus filius magistri Jacobi de Ferno, Ottorinus et Franceschinus fratres filij domini Gasparri de Garbagniate, Albertonus de Novate, Filixinus filius Bonadei Karentani, Franceschinus Malcolzatus. Interrogata dicta soror Mayfreda si magister Jacobus de Ferno est in ista credentia predictorum errorum, respondit quod ipsa non credit quod ipse sit in istis erroribus, sed tamen ipsa soror Mayfreda benedicebat dicto magistro et explicabat quod dicta sancta Guillelma erat spiritus sanctus. Interrogata ipsa soror Mayfreda ⟨si⟩ unquam audivit a dicta sancta Guillelma quod ipsa esset spiritus sanctus, respondit quod non audivit hoc ab ea Guillelma, sed aliquando quando ipsa sancta Guillelma rogabatur ab aliqua persona quod ipsa aufferret ei tribulationem vel dolorem vel aliquid simile, respondebat ipsa Guillelma: Ite ego non sum deus. Interrogata ipsa soror Mayfreda si unquam audivit a dicto Andrea, quod ipse Andreas audiverit a dicta sancta Guillelma, quod ipsa sancta Guillelma esset spiritus sanctus, respondit quod bene audivit semel ab ipso Andrea quod ipse audiverat ab ea Guillelma quod ipsa erat spiritus sanctus. Interrogata si unquam audivit quod dicta sancta Guillelma fuerit citata per aliquem inquisitorem, respondit quod bene audivit pluries hoc, sed non recordatur a quibus, nisi quod predicta soror Mayfreda credit quod audiverit predicta a domina Alegrantia de Perusiis, videlicet quod ipsa sancta Guillelma bene fuerat citata per inquisitores. Actum mediolani jn ecclesia fratrum humiliatorum domus de Marliano sita in pusterla fabrica, porte ticinensis, coram suprascripto fratre Guidone inquisitore. Interfuerunt ibi testes vocati et rogati, fratres Nicola de Varena de Cumis et Petrus Marcellinus, ambo ordinis predicatorum, et Manfredus filius quondam ser Guarnerij de Cera civitatis Mediolani burgi porte ticinensis foris. MCCC. die sabbati .VI. mensis augusti, indictione XIII. traditum per suprascriptum Beltramum salvagnium notarium.

Soror Flordebellina, filia domini Andree Saramite, juravit de veritate dicenda de omnibus, que interrogarentur que pertinerent, ad officium inquisitionis, coram fratre Nicolao Cumano et fratre Leonardo pergamensi, ambobus ordinis predicatorum, quibus ad hec comiserat vices suas frater Guido de Cochenato inquisitor. Et hec sub pena librarum .X. imperialium totiens quotiens et cetera. Actum Mediolani in domo sororum humiliatarum de Cabiate ordinis humiliatorum. MCCC. die mercurij tertio ante kal. augusti, indictione XIII. traditum per suprascriptum fratrem Leonardum Pergamensem.

Interrogata suprascripta soror Flordebellina a predicto fratre Nicolao, sub predicto juramento, si unquam habuit notitiam alicuius heretici vel heretice, vel si aliquis vel aliqua de sua parentella fuit hereticus vel heretica vel credens hereticorum, respondit non. Interrogata si unquam credidit vel instructa fuit, quod sancta Guillelma, que sepulta est apud Clarevalem, esset spiritus sanctus et tertia persona in trinitate, respondit quod jam audivit dici et aliquo tempore credidit hoc, sed modo non. Interrogata si pater suus Andreas Saramita credidit hec, respondit quod etiam ipse Andreas credidit hec tunc temporis, quando Mayfreda credebat jam est longum tempus, sed modo non. Interrogata si ipsa Mayfreda dixit per modum predicationis aliqua verba de evangeliis et epistolis, respondit quod bene dicebat aliquando bona verba de evangelio et de sancta Katerina et de sancta Margarita. Interrogata quot erant ibi in ipsa predicatione, respondit quod .X. vel .XII. vel idcirca et tantum mulieres. Interrogata si ipsa scit aliquam, que induceret alios ad devotionem sancte Guillelme, respondit non. Interrogata si comedit de hostiis, que portantur de Clarevale, que ponuntur super sepulcrum ipsius Guillelme, respondit quod Franceschinus Malcolzatus portavit pluries de illis, dedit matri sue et etiam michi Flordebelline, et comedi tres ex devotione sancte Guillelme. Interrogata quot festivitates fatiunt de sancta Guillelma, respondit duas, scilicet unam in sancto Bartolomeo, aliam in mense octobris quando fit ejus translatio. Interrogata si credit vel instructa fuit quod sancta Guillelma deberet resurgere ante generalem resurrectionem et ascendere in celum, respondit quod non credit nec unquam

audivit dici. Interrogata quis fecit fieri vestes et paramenta et omnia alia, que facta sunt in honorem sancte Guillelme, respondit quod pater suus Andreas fecit fieri et procuravit. Interrogata si scit aliquem alium, qui procurasset vel faceret expensas in predictis, respondit quod non scit aliquem alium preter ipsum Andream. Interrogata si vidit de illa aqua, de qua lota fuit sancta Guillelma, in morte, respondit sic, in domo de Blassono de ordine humiliatorum. Interrogata si scit quod aliquis vel aliqua dederit de illa aqua alicui persone occasione alicuius infirmitatis, respondit non. Interrogata si aliqua persona dixit sibi vel misit quod non diceret veritatem de predictis, respondit non. Actum ut supra coram suprascriptis fratribus, suprascripto anno et die, traditum per suprascriptum fratrem Leonardum.

Supradicta Flordebellina comparuit coram fratre Guidone de Cochenato inquisitore heretice pravitatis, et petit misericordiam, et dixit se deierasse in suprascripto dicto suo. primo in eo quod dixit quod non credebat quod sancta Guillelma esset spiritus sanctus, nec audiverat nec docta fuerat, confitetur quod bene audivit et instructa fuit per Andream patrem et per sororem Mayfredam, et etiam ipsa credebat. Item in hoc, quod dixerat in alio dicto suo, quod audiverat a patre suo quod antequam jurasset dicebat hoc; sed postea non dixit, se male dixisse, quia postea audivit eum se pluries dixisse postquam juravit et instruxisse. Item in hoc quod dixit quod non audiverat nec credebat, quod predicta sancta Guillelma non deberet resurgere ante generalem resurrectionem quia verum est quod pluries audivit et instructa, fuit a patre suo et a sorore Mayfreda et credidit. Item in hoc quod dixit, quod non fuerat sibi dictum, quod non diceret veritatem; quia verum est quod soror Mayfreda dixit sibi quod non diceret veritatem, nisi sicut ipsa volebat dicere; quia posset inde habere brigam et confusionem. Item interrogata si unquam audivit et instructa fuit et credidit, quod ipsa Guillelma deberet ascendere in celum, sicut Christus ascendit, respondit quod bene audivit pluries et instructa fuit et credidit, et hoc audivit a patre suo et a sorore Mayfreda. Item interrogata si unquam audivit dici vel instructa fuit quod soror Mayfreda deberet esse sicut papa in terra, silicet vicaria sancte Guillelme.

sicut sanctus Petrus fuit vicarius Christi in terra, respondit quod bene audivit pluries et credidit et instructa fuit et hoc audivit a patre suo et a sorore Mayfreda. Item interrogata si audivit et instructa fuit et credidit quod predicta sancta Guillelma deberet reddimere et salvare judeos et sarracenos et falsos christianos, respondit quod audivit pluries et credidit, et instructa fuit de hoc a predictis Andrea et sorore Mayfreda. Actum ut supra coram suprascripto fratre Guidone inquisitore, suprascripto anno et indictione, die XI, intrante augusto, traditum per suprascriptum fratrem Leonardum pergamensem.

Soror Agnes de domo humiliatarum de Blassono et filia quondam domini Cabrii Montenarii juravit simili modo prout dicta soror Flordebellina de Saramitis juravit, ut supra, coram suprascriptis fratribus Nicolao de Varena et Leonardo pergamensi, ambobus ordinis predicatorum, de voluntate suprascripti fratris Guidonis de Cochenato inquisitoris ut supra, sub pena librarum .X. imperialium, totiens quotiens et cetera. Actum Mediolani in domo sororum domus de Bagiera ordinis humiliatorum .MCCC. die mercurii tertio intrante mense augusto indictione .XIII. traditum per suprascriptum fratrem Leonardum pergamensem.

Interrogata dicta soror Agnes a suprascripto fratre Nicolao sub predictis juramento et penis, si unquam habuit notitiam alicuius heretici vel heretice, respondit non. Interrogata si unquam credidit vel credit vel instructa fuit, quod sancta Guillelma esset spiritus sanctus ⟨respondit non⟩, Interrogata si credit vel istructa quod dicta sancta Guillelma deberet resurgere ante generalem resurrectionem, respondit non. Interrogata dicta soror Agnes si soror Mayfreda de Pirovano locuta est vel dixit verba per modum predicationis de evangelio vel epistolis, respondit quod bene vidit aliquando ante eam tres mulieres, sed non audivit quod dicerent; quia statim recedebat. Interrogata si comedit de hostiis, que portantur de Clarevale, que ponuntur super sepulturam sancte Guillelme, respondit quod bene comedit sed ex devotione, quia nesciebat unde portarentur. Interrogata si ipsa scit quis procuravit paramenta, que portata sunt in Clarevale, respondit non. Interrogata si aliqua persona dixit sibi quod non deberet dicere veritatem de

predictis, respondit non. Actum in domo suprascriptarum sororum de Bagiera, coram suprascriptis fratribus Nicolao et Leonardo, suprascripto anno et die traditum per suprascriptum fratrem Leonardum.

Suprascripta soror Agnes de Montenariis venit coram suprascripto fratre Guidone de Cochenato jnquisitore, petens misericordiam, dixit se deierasse in suprascripto dicto suo. Primo in eo quod dixit, quod non credebat ipsam Guillelmam esse spiritum sanctum nec esse doctam de predictis, respondit quod bene fuit instructa et docta et credit, quod ipsa Guillelma esset spiritus sanctus, et hoc audivit ab Andrea Saramita et a sorore Mayfreda. Item in eo quod dixit quod non erat docta nec instructa quod deberet resurgere ante generalem resurrectionem ipsa Guillelma, respondit quod bene audivit et credidit et instructa fuit quod deberet resurgere ante generalem resurrectionem. Et hoc audivit a predictis Andrea Saramita et sorore Mayfreda. Interrogata si audivit et instructa fuit et credidit quod sancta Guillelma deberet ascendere in celum visibiliter, videntibus omnibus, respondit quod sic audivit et instructa fuit et credidit, et hoc audivit a predictis Andrea et Mayfreda. Item interrogata si credidit vel audivit et instructa fuit quod sancta Guillelma deberet salvare falsos christianos, judeos et paganos, respondit sic, et hoc audivit a predictis Andrea et Mayfreda. Interrogata si audivit et instructa fuit quod soror Mayfreda esset papa et vicarius Christi in terra, respondit quod bene audivit. Item interrogata si dictum fuit sibi quod non diceret veritatem de predictis, respondit quod dictum fuit sibi a predicta Mayfreda. Actum ut supra coram suprascripto fratre Guidone inquisitore, suprascripto anno et die jovis, .XI. mensis augusti traditum per suprascriptum fratrem Leonardum.

Soror Jacoba de Bassanis filia quondam Prendi de Nova ordinis humiliatorum juravit ut supra coram predictis fratribus Nicolao et Leonardo de voluntate predicti fratris Guidonis de Cochenato inquisitoris. Actum Mediolani in domo sororum domus de Vigivano, ordinis humiliatorum, coram suprascriptis fratribus Nicolao et Leonardo .MCCC. die mercurii tertio intrante mense augusti, indictione .XIII. traditum per suprascriptum fratrem Leonardum.

Interrogata predicta soror Jacoba a suprascripto fratre Nicolao si credit vel instructa fuit quod sancta Guillelma, que sepulta est apud Clarevalem, esset spiritus sanctus, respondit quod jam credidit quod esset spiritus sanctus, sed modo non credit, et hoc credidit antequam juraret et sunt .XVI. anni vel circa. Interrogata quis instruxit eam credere hoc, respondit quod ex corde suo processit hoc et non ab alia persona. Interrogata si ipsa scit aliquam personam credere quod sancta Guillelma esset spiritus sanctus, respondit quod soror Melior domus de Blassono et soror Mayfreda credebant hoc antequam jurarent, sed postea non audivit quod dicerent vel crederent hoc. Interrogata si credit vel instructa fuit quod sancta Guillelma deberet resurgere ante generalem resurrectionem, et quod per eam deberent salvari falsi christiani, judei et sarraceni, respondit quod nunquam credidit vel audivit. Interrogata si persone congregabantur in domo, ubi modo habitabat, ad predicationem sororis Mayfrede, respondit quod alique persone veniebant ad eam, et ipsa dicebat eis bona verba. Interrogata si ipsa comedit de hostiis, que portantur de Clarevale et que ponuntur super sepulcrum sancte Guillelme, respondit quod comedit unam ex devotione ipsius Guillelme. Interrogata quis comedit de illis hostiis cum ea, respondit quod sotie sue comederunt, videlicet sorores Mayfreda et Flordebellina et Agnes, et quod quidam sacerdos portavit eis, sed nescit quis fuerit ille sacerdos. Interrogata quis fecit vel procuravit paramenta pro altari sancte Guillelme, respondit quod Andreas Saramita et de alio nescit. Interrogata si fuit instructa ab aliqua persona quod non deberet dicere veritatem inquisitori de predictis, respondit non. Actum ut supra, coram suprascriptis fratribus Nicolao et Leónardo, suprascripto anno et die. traditum per suprascriptum fratrem Leonardum.

Suprascripta soror Jacoba de Nova venit coram suprascripto fratre Guidone inquisitore, petens misericordiam, et credens quod Andreas Saramita et soror Mayfreda dixerunt veritatem vobis: videlicet quod dixerunt et crediderunt quod sancta Guillelma erat spiritus sanctus, et quod debebat resurgere ante diem juditij, et debebat ascendere in celum visibiliter et corporaliter, et quod per eam debebant salvari judei et sarraceni. Dicit quod

et ipsa hoc ab eis audivit dicentibus sibi et aliis et instruentibus eam et alios de predictis pluries et etiam a paschate proxima citra et confitetur se deierasse in omnibus predictis; in quibus dixisset contrarium in aliis dictis suis et non dixisse veritatem in aliis dictis suis; quia instruxerant eam quod non diceret veritatem de predictis. Actum in domo suprascriptarum sororum de Vigivano, coram suprascripto fratre Guidone inquisitore, presente dicto fratre Leonardo, suprascripto anno et in dictione, die jovis .XI. intrante mense augusti. Traditum per suprascriptum fratrem Leonardum.

Domina Petra de Alzate, domina Katella de Gioziis sua sponte non citate nec requisite comparuerunt coram suprascripto, fratre Guidone de Cochenato inquisitore, petentes misericordiam, dixerunt et confesse fuerunt quod audiverant ab Andrea Saramita et a sorore Mayfreda de Pirovano et instructe fuerant per ipsos, quod sancta Guillelma, que est sepulta apud Clarevalem, erat spiritus sanctus, et in ea erat substantia spiritus sancti et divinitatis. Item quod ipsa sancta Guillelma debebat corporaliter et visibiliter resurgere, et videntibus multis personis ascendere in celum, sicut Christus ascendit, et videntibus omnibus devotis suis et aliis multis personis. Item quod per ipsam debebant salvari judei et Sarraceni, sicut per Christum christiani. Item quod dicebat maxime etiam Andreas quod ipsa Mayfreda debebat esse papa et vicaria dicte Guillelme in terra, sicut beatus Petrus apostolus erat vicarius Christi, et quod debebat habere potestatem ligandi sicut beatus Petrus, quia sicut spiritus sanctus erat in forma mulieris in ipsa Guillelma, ita ipsa Mayfreda debebat esse vicaria ipsius Guillelme in forma mulieris. Item dixerunt quod ipsa soror Mayfreda dedit sibi de hostiis, quas benedicebat, et etiam dabat aliis mulieribus, et que portate erant de super sepulturam sancte Guillelme, et ipse testes comedebant et dabant comedere filiis. Item dixerunt quod ipsa Mayfreda pluries et coram multis dominabus dicebat bona verba de evangeliis et de epistolis et de miraculis, et maxime de ipsa Guillelma. Et propter hoc ipse domine Petra et Katella propter multa bona verba, que dicebat de ipsa Guillelma, ipse credebant ea que dicebantur, sed quod esset spiritus sanctus non dicebat

publice coram omnibus, nisi coram aliquibus privatis. Actum Mediolani in domo dominarum sancti Petri in terra sancta extra portam ticinensem, coram suprascripto fratre Guidone jnquisitore, presente fratre Jacobo de Cimilianoordinis predicatorum teste .MCCC. die dominico .VII. intrante augusto. indictione XIII. Traditum per fratrem Leonardum perpergamensem ordinis predicatorum.

Predicte domine Petra et Katella, ad requisitionem predicti fratris Guidonis de Cochenato inquisitoris comparuerunt coram fratribus Alberto Corbella et Leonardo pergamensi, ambobus ordinis predicatorum, et abjuraverunt omnem heresim et maxime predictam heresim, de qua fuerunt instructe, et omnia suprascripta, que dixerant coram suprascripto fratre Guidone inquisitore et fratre Jacobo de Cimiliano, suo juramento confirmaverunt. Interrogata suprascripta domina Petra si ipsa fuit instructa per predictum Andream et per predictam sororem Mayfredam ita quod si ipsa citaretur per inquisitores et interrogaretur de predictis quod non diceret veritatem, respondit quod ipsa Mayfreda aliquando dixit ei et aliis: si vos citaremini ab inquisitoribus, non compareatis coram eis, nisi primo loquamini mihi, nec dicatis veritatem, nisi sicut dixero vobis. Interrogate suprascripte domine si dederunt aliquid pro paramentis factis ad honorem sancte Guillelme, responderunt sic, videlicet quod ipsa domina Petra dedit soldatas .XLII. perlarum et multa alia diversis temporibus, que ascendunt ad magnam quantitatem, et suprascripta domina Katella unam onziam perlarum et multa alia, et si potuissent plus dare, plus dedissent propter magnam devotionem, quam habebant ad sanctam Guillelmam. Item dixerunt quod in omnibus suis necessitatibus recurrebant ad ipsam sanctam Guillelmam, et ipsa in multis audivit eas, et propter hoc multo plus credebant et habebant devotionem ad eam. Interrogate si ipse dixerunt predicta confessoribus suis, responderunt quod non; quia ipsa Mayfreda dicebat eis quod non dicerent. Item dixerunt quod quando ibant ad domum ipsius Mayfrede, quod ipse et alie domine osculabantur sibi pedem et postea manum. Item dixerunt quod ipsa Mayfreda dicebat eis, quod sicut Christus misit spiritum sanctum apostolis, item omnes devote domine sancte Guil-

lelme debebant recipere Spiritum Sanctum. Item dixerunt quod ipsa Mayfreda dicebat quod omnes devote ipsius Guillelme debebant baptizare et debebant esse apostoli Christi. Item dixerunt quod si aliquid plus recordarentur quod reddirent ad dicendum veritatem de omnibus. Unde ipse frater Guido jnquisitor absolvit eas ab omni vinculo excomunicationis, quam incurissent per predictam heresim, et precepit eis quod confiterentur predicta omnia confessori suo, et facerent penitentiam quam eis iniungeret. Actum Mediolani in suprascripta domo dominarum sancti Petri, presentibus fratribus Alberto Corbella et Leonardo pergamensi suprascriptis, suprascripto anno, die veneris .XII. intrante mensis augusti, indictione .XIII. Traditum per suprascriptum fratrem Leonardum.

NOTIZIE DELLE SCOPERTE DI ANTICHITÀ

DEL MESE DI GIUGNO 1899.

Il Socio Barnabei, direttore generale per le antichità e le belle arti, riassume nel modo che segue le *Notizie* sulle scoperte di antichità, delle quali fu informato il Ministero durante lo scorso mese di giugno.

Regione XI (*Transpadana*).

La Direzione dell'Ufficio regionale in Torino col permesso della R. Casa, eseguì delle ricerche nella piazza e nel giardino del palazzo reale, per completare lo studio sulla cinta della colonia *Augusta Taurinorum*. In tale occasione furono rimessi a luce, in un muro moderno che sbarrava la posterna, aperta nella torre romana, cinque frammenti di una grande iscrizione monumentale, dei primi tempi dell'impero, la quale sembra doversi riferire a qualche pubblico edificio, costruito da personaggi della regale famiglia segusina dei Cozzii.

Si rinvenne pure una iscrizione intiera, ricordante un seviro augustale, che probabilmente proviene dalla necropoli suburbana esistente sotto l'attuale piazza Vittorio Emanuele, verso la Dora.

Regione VIII (*Cispadana*).

Nel comune di Forlì, e precisamente nella frazione Vecchiazzano, conosciuta per altre scoperte di antichità, furono recuperati frammenti laterizî, uno dei quali con bollo di fabbrica non conosciuto per lo innanzi, e che dal proprietario del fondo venne depositato nel Museo civico forlivese.

Regione VII (*Etruria*).

Nel comune di Sinalunga e precisamente nella proprietà Ferrari in vocabolo Camporsi si scoprirono tre tombe a camera della prima metà del II sec. a. Cr., e se ne estrassero vasi ornati in gran parte d' iscrizioni etrusche. Dalla lettura delle iscrizioni stesse si deduce che una tomba apparteneva alla famiglia Levia, ed un' altra alla famiglia Setria o Setrenia.

Roma.

Continuate le esplorazioni del Foro romano, sono stati scoperti gli avanzi della Regia dell' età repubblicana; e in mezzo ad essi è stato rimesso alla luce un antichissimo pozzo, entro il quale si sono rinvenuti molti stili di osso e varî frammenti del puteale in travertino, che sorgeva sulla bocca del pozzo medesimo. Si è pure scoperto nell' area della Regia il basamento di una edicola rotonda, che probabilmente è il celebre sacrario ove erano custodite le aste di Marte.

Nello sterro dell' antica via Sacra, dinanzi alla basilica di Costantino, sono stati trovati varî frammenti marmorei scolpiti, uno dei quali appartiene ad un epistilio curvilineo e porta le memorie della riedificazione del monumento fatta dall' imperatore Antonino Pio.

Fra le terre provenienti dallo spurgo dell' alveo del Tevere è stato raccolto un frammento di tavoletta in bronzo, contenente parte di un diploma militare dell' anno 162.

Avanzi di monumenti sepolcrali tornarono in luce sulla sinistra della via Cassia, nella tenuta di di Acquatraversa, e fu recuperata una statua muliebre ed una iscrizione funeraria latina.

Altri resti di antichi sepolcri sono stati scoperti nei lavori pel collettore presso la basilica di s. Paolo, sulla via Ostiense; ed anche quivi fu raccolta una lapide sepolcrale.

Regione I (*Latium et Campania*).

In Pompei proseguirono gli scavi nelle isole 4ª e 5ª della Regione V, e quivi sulle colonne del peristilio furono lette molte

iscrizioni graffite, la maggior parte relative a gladiatori. Vi si trovò pure il ricordo del celebre filosofo L. Anneo Seneca.

Gli scavi furono pure proseguiti ad occidente della basilica, e precisamente sulla fronte meridionale dell'area, ove sono gli avanzi del tempio di Augusto.

In fine da uno scavo della casa n. 14, isola XV della Regione VI, si ebbero varî oggetti comuni di suppellettile domestica, in terracotta ed in vetro; e si scoprirono pure due scheletri umani, uno accanto all'altro.

In vocabolo *Civita* presso le mura di Pompei si continuarono gli scavi del fabbricato romano scoperto dalla signora Masucci d'Aquino dal 31 maggio al 31 decembre 1897. Le ultime esplorazioni hanno dimostrato che non trattasi di villa od altro edificio isolato, ma di un vero e proprio *pagus* e molto probabilmente del *pagus Augustus Felix suburbanus*.

Regione IV (*Samnium et Sabina*).

In contrada Campo di Fano, nel comune di Prezza, antico territorio dei Peligni, si trovarono alcuni dolî di terracotta, uno dei quali reca graffita sull'orlo una cifra numerale.

Antichità varie furono riconosciute dal solerte ispettore comm. De Nino nell'agro di Cocullo, dove rintracciò l'andamento di alcune strade, e trovò pure un frammento d'iscrizione ricordante un milite.

Regione II (*Apulia*).

Un'iscrizione milliaria, probabilmente della via Traiana, fu scoperta presso la porta Lecce in Brindisi. Porta il ricordo del secondo consolato di Massenzio, e quindi si riferisce all'anno 311 dell'èra nostra.

Sicilia.

Il prof. Orsi, in seguito ad esplorazioni archeologiche appositamente eseguite, ha potuto riconoscere il sito dell'antica Eloro sopra una collinetta, che sorge tra la spiaggia del mare e la riva

sinistra del fiume Tellaro, nel territorio di Noto. Vi scoprì gli avanzi della cinta bastionata, costruita, a quanto pare nel secolo VI av. Cr. Nell' interno della città furono scavati due pozzi, due cisterne, due poveri edifizî. Si riconobbero anche gli avanzi di un piccolo teatro, scavato per un terzo nella viva roccia. Della necropoli furono esplorati circa cento sepolcri, tutti poveri, quantunque alcuni di essi siano di costruzione accurata e grandiosa.

Il prof. Orsi rivolse pure le sue indagini sulla imponente colonna detta Pigliere o Pizzuta, che si trova nel medesimo territorio; e notò la relazione tra questo monumento ed una camera funebre che si trova a' piedi di essa, e che farebbe correre il pensiero ad ossa di guerrieri caduti in qualche battaglia, piuttosto che ad un deposito privato.

ELEZIONI DI SOCI

Colle norme stabilite dallo Statuto e dal Regolamento, si procedette alle elezioni di Soci e di Corrispondenti dell'Accademia. Le elezioni dettero i risultati seguenti per la Classe di scienze morali, storiche e filologiche.

Furono eletti Soci nazionali:

Nella Categoria IV, per le *Scienze filosofiche:* Barzellotti Giacomo, Chiappelli Alessandro.

Nella Categoria V, per le *Scienze giuridiche:* Pessina Enrico, Buonamici Francesco.

Furono eletti Corrispondenti:

Nella Categoria I, per la *Filologia:* Halbherr Federico, Ceci Luigi.

Furono eletti Soci stranieri:

Nella Categoria II, per l'*Archeologia:* Furtwaengler Adolfo.

Nella Categoria III, per la *Storia e Geografia storica:* Sabatier Paolo, Meyer Paolo.

Nella Categoria VI, per le *Scienze sociali:* Menger Carlo.

L'esito delle votazioni venne proclamato dal Presidente con circolare del 18 luglio 1899; le nomine dei Soci nazionali e stranieri vennero sottoposte all'approvazione di S. M. il Re.

PERSONALE ACCADEMICO

Pervenne all'Accademia la dolorosa notizia della morte del Corrispondente Cornelio Desimoni, mancato ai vivi il 29 giugno 1899; apparteneva il defunto all'Accademia sino dal 1° agosto 1877.

CORRISPONDENZA

Ringraziarono per le pubblicazioni ricevute:

La R. Accademia di scienze ed arti di Barcellona; la R. Accademia archeologica di Anversa; la Società degli Antiquarî di Londra; la Società letteraria e filosofica di Manchester; la Deputazione di storia patria per le Marche, di Ancona; il R. Istituto orientale di Napoli; la Biblioteca Vaticana di Roma; la Biblioteca Reale di Berlino; l'Università di Leida.

OPERE PERVENUTE IN DONO ALL' ACCADEMIA

dal 19 giugno al 16 luglio 1899.

Baker H. T. — Ben Jonson's « Every Man in his humour » translated into comic jambic verse. Gaisford Prize 1899. Oxford, 1899. 8°.

Butler H. E. — Arcadia. The Newdigate Prize Poem 1899. Oxford 1899. 8°.

Cestelfranco P. — Archeologia e paletnologia. Milano, 1899. 8°.

Codex Telleriano-Remensis. — Manuscrit mexicain du Cabinet de Ch.-M. Le Tellier, Archevêque de Reims à la Bibliothèque Nationale (Ms. mexicain n° 385). Reproduit en photochromographie aux frais du Duc de Loubat et précédé d'une introduction contenant la transcription complète des anciens commentaires hispano-mexicains par le Dr. T. Hamy. Paris MDCCCLXXXXIX. (*Dono del Duca di Loubat*).

Codice Cospiano. — Manuscrito pictórico de los antiquos Náuas que se conserva en la Biblioteca de la Universidad de Bolonia, reproducido en fotocromografía á expensas de S. E. el Duque de Loubat. Roma, estabelecimiento Danesi. 1898. (*Dono del Duca di Loubat*).

Du Pontet C. A. A. — Dialogus de Libertate. The Chancellor's Latin Essay 1899. Oxford, 1899. 8°.

Ensor R. C. K. — Arminius. Chancellor's Prize Latin Verse 1899. Oxford, 1899. 8°.

« Fetha Nagast » (Il) o « Legislazione dei Re ». Codice ecclesiastico e civile di Abissinia, tradotto e annotato da I. Guidi. Roma, 1899. 4°. (*Dono del R. Istituto orientale di Napoli*).

Gallerie (Le) nazionali italiane. Notizie e documenti. Anno IV. Roma, 1899. 4°.

Hevett W. T. — A Study of Goethe's Printed text « Hermann and Dorothea ». Baltimore, 1899. 8°.

Id. — Matthias de Vries and his Contributions to Netherland Philology. S. l. 1894. 8°.

Id. — The Frisian Language and Literature. A historical Study. Ithaca N.-Y., 1879. 8°.

Lope de Vega. — Obras publicadas por la Real Academia Española. T. IX. Crónicas de España. Madrid, 1899. 4°.

Mariani L. — M. T. Cicerone e i suoi tempi. Napoli, 1898. 8°.

Regesta diplomatica Historiae Danicae cura Soc. R. Sc. Danicae. Ser. 2.ª T. posterior. IV. Ab anno 1608 ed annum 1628. Kiöbenhaven, 1898. 4°.

Relazione dell'Avvocato Generale Erariale sulla situazione delle liti ecc. per il periodo 1898-1899. Roma, 1899. 4°.

Resoconto della Amministrazione Comunale di Roma dal 1° giugno 1895 al 30 aprile 1899. Roma, 4°.

Voigt M. — Römische Rechtsgeschichte. Bd. II. Stuttgart, 1899. 8°.

Walter Dr. — Pape Satan, Pape Satan alepe !! Interpretazione letterale. S. Pier d'Arena, 1899. 4°.

Williamson F. H. — The principle of Isolation in British Foregin Policy. Gaisford Prize Greek Prose 1899. Oxford, 1899. 8°.

IL PROCESSO DEI GUGLIELMITI

Seconda nota del Socio F. Tocco.

Quaternus imbriviaturarum Beltrami Salvagnij civitatis Mediolani Porte Nove notarii factarum coram fratibus Guidone de Cochenato et Raynerio de Pirovano ordinis predicatorum inquisitoribus hereticorum.

In nomine domini amen. Anno a nativitate ejusdem millesimo trecentesimo, die mercurii, decimo septimo die mensis augusti, indictione .XIII. Soror Mayfreda de Pirovano, ordinis humiliatorum dixit, per suum sacramentum, coram fratre Guidone de Cochenato, ordinis predicatorum, inquisitore heretice pravitatis in Lombardia et Marchia januensi auctoritate sedis apostolice deputato. Interrogata dicta soror Mayfreda a suprascripto fratre Guidone inquisitore quantum est quod mater Andree Saramite, que vocabatur domina Ricadona, migravit de hac vita, dixit quod a decem annis citra, secundum quod ipsa credit. Interrogata etiam quantum est quod soror ipsius Andree, que vocabatur Melior, migravit, respondit quod a septem annis citra. Interrogata si aliqua soror de domo de Blassono de hiis, que remanserunt in illa domo, credebant hoc quod ipsa Mayfreda credebat, respondit non, nec erant docte de predictis. Sed predicte domine, scilicet Ricadona et Melior, bene credebant et docte erant, sed si perseveraverint usque ad diem mortis vel qualem finem fecerint, nescit. Interrogata si unquam dixit vel credidit quod sancta Guillelma, que sepulta est apud monasterium Claravalis. esset

maior quam beata virgo Maria, respondit quod ex quo credebat ipsam Guillelmam esse spiritum sanctum, bene credebat ipsam esse majoris perfectionis. Interrogata que est illa Flos, quam nominavit in alio dicto suo, respondit quod est socrus Rugerii de Lova, que stat in Verdario. Interrogata si domina Bellacara de Karentanis fuit de primis, que habebant ipsam fidem, respondit quod sic et semper tenuit usque modo, sicut ostendebat. Item dixit quod existente ipsa in domo Guillelmi Codege benedixit multas hostias et comunicavit plures in ipsa domo. Et dixit quod bene sustinuit quod sibi oscularentur manum et pedem. Actum Mediolani in domo fratrum humiliatorum de Marliano coram suprascripto fratre Guidone inquisitore. Interfuerunt ibi testes vocati et rogati fratres Matheus de Senago, et Martinus Benzonus de Carate, ambo de predicta domo de Marliano, ordinis humiliatorum. Traditum per fratrem Leonardum pergamensem, ordinis predicatorum.

Domina Sibilia Relicta quondam domini Beltrami Malcolzati, civitatis Mediolani, porte nove, comparuit coram fratre Raynerio de Pirovano, ordinis predicatorum inquisitore heretice pravitatis in Lombardia et Marchia januensi auctoritate sedis apostolice deputato, cui domine Sibilie dictus inquisitor legit quoddam dictum suum, quod ipsa dixit coram fratre Guidone de Cochenato inquisitore suprascripto anno die martis secundo mensis augusti, scripto (sic) per Beltramum Salvagnium notarium officii inquisitionis, dicens coram predicto fratre Raynerio inquisitore quod in predicto dicto suo dejeravit de certa scientia; quia bene audivit ab Andrea Saramita quod Guillelma, que sepulta est apud monasterium Clarevalis, erat spiritus sanctus verus deus et verus homo, sed noluit confiteri hoc coram suprascripto fratre Guidone inquisitore; quia nolebat quod dictus Andreas deberet mori propter testimonium suum. Item dixit quod hoc idem audivit a sorore Mayfreda de Pirovano, sed tamen non audivit hoc primo a dictis Andrea et sorore Mayfreda, sed a quadam paupere muliercula nomine Taria. Item dixit quod ipsa audivit a dicto Andrea quod ipsa Guillelma debebat resurgere et apparere cum corpore et visibiliter ascendere in celum, videntibus discipulis amicis et devotis dicte sancte Guillelme, et mittere eis spiritum sanctum

in linguis igneis, sicut Christus post suam ascensionem misit discipulis suis, et per ipsam Guillelmam debebant reddimi et salvari judei et alij, qui sunt extra christianitatem, sicut per Christum et ejus sanguinem salvati et redempti sunt christiani. Item dixit quod ipsa audivit a predicto Andrea quod dicta Guillelma, idest spiritus sanctus, post suam ascensionem debebat dimittere in terra sororem Mayfredam suum vicarium et comittere sibi ecclesiam suam et tradere ei claves regni celorum, sicut Christus dimisit beatum Petrum apostolum suum vicarium et sibi comisit ecclesiam et claves regni celorum. Item dixit ipsa domina Sibilia quod audivit a dicto Andrea, quod Franceschinus Malcolzatus, filius dicte domine Sibilie, debebat cantare missam primo ad sepulcrum spiritus sancti idest sancte Guillelme, et postea dicta soror Mayfreda ibidem cantare debebat missam. Interrogata quare predicta non dixit coram predicto fratre Guidone inquisitore, respondit quod ideo hec non dixit tunc; quia nolebat quod dictus Andreas nec dicta soror Mayfreda nec aliquis alius deberet mori propter suum testimonium. Interrogata si est docta ab aliqua persona dicere falsitatem et celare veritatem, respondit quod dictus Andreas vel soror Mayfreda dixerunt sibi domine Sibilie; quod verba erant dicta de nobis inquisitoribus, si vos dixeritis veritatem, nos sumus mortui. Item dixit quod de predictis periuriis vocat se culpabilem et petit misericordiam dei et inquisitorum. Item dixit ipsa domina Sibilia quod habet in domo sua cassam unam, in qua sepulta fuit primo dicta Guillelma, quam cassam Andreas Saramita fecit portari ad domum ipsius domine Sibilie, et dixit quod vicini sancti Petri ad ortum petebant ipsam cassam, et fratres Jacobus de Mozate et Donus Zanebellus Porcellus de Clarevalle dixerunt ipsi domine Sibilie, quod ipsa non deberet dare dictam cassam dictis vicinis nec alicui alii; quia dicta Guillelma elegit sepultura (sic) apud monasterium suum, et debebant habere ipsam cassam et omnia sua bona. Et ipse inquisitor precepit eidem domine Sibilie quod dictam cassam deberet servare quousque placuerit dicto inquisitori. Actum Mediolani in ecclesia sancti Eustorgij fratrum predicatorum coram suprascripto fratre Raynerio inquisitore. Interfuerunt ibi testes vocati et rogati, fratres Philippus de Melzo et Guillelmus de Vicomercato, ambo ordinis

predicatorum. MCCC. die lune .VIII. mensis augusti. indictione XIII, traditum per Beltramum Salvagnium notarium officii inquisitionis.

Franceschinus filius quondam domini Beltrami Malcolzati, civitatis Mediolani, porte nove, comparuit coram suprascripto fratre Raynerio inquisitore, et iterum abjuravit omnes heresim, credentiam, favorem et receptationem hereticorum cuiuscunque secte. Juravit quoque dicere veritatem de se et de aliis, et stare mandatis ecclesie et dicti inquisitoris et aliorum inquisitorum sub pena librarum .XXV. imperialium, et se obligavit et renuntiavit in omnibus et per omnia secundum modum et formam officij inquisitionis sibi diligenter expositam et expressam, salva et reservata alia obligatione per ipsum Franceschinum facta coram fratre Guidone de Cochenato dicti ordinis similiter inquisitore hoc anno die veneris tertio ante kal. augusti, scripta per Mayfredum de Cera notarium officii inquisitionis, cui Franceschino dictus frater Raynerius inquisitor legit de verbo ad verbum quoddam dictum, quod ipse Franceschinus dixit coram suprascripto fratre Guidone inquisitore suprascripto anno et die veneris. Actum Mediolani in domo fratrum predicatorum in camera, ubi fit officium inquisitionis heretice pravitatis, coram suprascripto fratre Raynerio inquisitore. Interfuere ibi testes vocati et rogati fratres Philippus de Melzo et Cabrius Taliatus, ambo ordinis predicatorum. MCCC. die martis, nono mensis augusti, indictione XIII. Traditum per suprascriptum Beltramum notarium.

Interrogatus dictus Franceschinus a suprascripto fratre Raynerio inquisitore sub debito prestiti juramenti et penis, quibus modo et alias tenetur et est inquisitoris officio obligatus, si cognoscit aliquam personam hereticum vel hereticam, vel que doceat et teneat credentiam alicujus erroris contra fidem Romane ecclesie, respondit et dixit quod Andreas Saramitta et soror Mayfreda de Pirovano docuerunt ipsum Franceschinum quod Guillelma, que dicitur fuisse de Boemia, que sepulta est apud monasterium Clarevalis mediolanensis diocesis erat spiritus sanctus, tertia in divina trinitate persona, verus deus et verus homo. Item dixit quod predicti Andreas et soror Mayfreda docuerunt ipsum Franceschinum, quod dicta Guillelma debebat resurgere

ante generalem resurrectionem et in celum ascendere cum corpore, videntibus discipulis amicis et devotis dicte sancte Guillelme, et mittere eis visibiliter spiritum sanctum, sicut Christus misit apostolis suis spiritum sanctum in linguis igneis in pentecoste. Item dixit dictus Franceschinus, quod dictus Andreas docuit ipsum, quod dicta Guillelma, quam dicebat esse spiritum sanctum, post ejus ascensionem cum corpore suo debebat dimittere predictam sororem Mayfredam suum vicarium, et comittere sibi ecclesiam suam et tradere sibi claves regni celorum, sicut Christus dimisit beatum Petrum apostolum suum vicarium in terra, et sibi comisit ecclesiam suam et ei tradidit claves regni celorum. Item dixit quod dictus Andreas docebat ipsum Franceschinum, quod ipse Franceschinus primo debebat cantare missam ad sepulcrum ipsius Guillelme, idest spiritus sancti. Et postea dicta soror Mayfreda debebat cantare missam ibidem solempniter, deinde dicta soror Mayfreda debebat solempniter predicare in ecclesia sancte Marie Majoris mediolanensis. Item dixit ipse Franceschinus quod certa paramenta sunt facta pro altari et pro ministris altaris, que paramenta fecit fieri dictus Andreas, et ipsemet Franceschinus vidit ea paramenta, videlicet calicem, turribulum, frontalem, et tres cappas sive tria pivialia de sirico, que quidem paramenta et vasa facta sunt spetialiter ad usum cantandi missam predictam; et que paramenta debebat induere dicta soror Mayfreda et ipse Franceschinus ad dictam missam, et sunt paramenta magni pretii bene librarum .CC. imperialium, ut ipse Franceschinus audivit et credit. Interrogatus dictus Franceschinus si ipse credebat predicta de quibus docebatur, ut supra, et quod ipsa Guillelma deberet redimere et salvare judeos, respondit quod ipse non credebat predicta nec aliquod predictorum, tamen dictus Franceschinus interrogatus per suprascriptum Andream si illa credebat ut docebat eum, respondebat ipse Franceschinus dicto Andree quod bene credebat predicta. Interrogatus quare dictus Franceschinus non dixit predicta coram suprascripto fratre Guidone, inquisitore, respondit: quia ipse nolebat quod dictus Andreas deberet mori propter suum testimonium. Et quia ipse Andreas rogaverat ipsum Franceschinum, quod si ipse interrogaretur ab inquisitoribus quod non deberet dicere veritatem, quia

ipse esset mortuus et destructus. Interrogatus dictus Franceschinus si, postquam scivit predictos Andream et sororem Mayfredam esse de credentia predictorum errorum, dedit eis auxilium consilium et favorem in predictis, respondit et dixit quod potest esse annus et plus quod primo fuit doctus a predictis Andrea et sorore Mayfreda de predictis erroribus, et postea pluries ivit in Clarevalem cum ipso Andrea et sine ipso ad sepulcrum dicte Guillelme, id est, spiritus sancti, et ibi fecit orationes et venias. Item dixit dictus Franceschinus quod post predictam doctrinam mittebat predicte sorori Mayfrede cibaria quasi omni die, quia pater ipsius Franceschini ordinavit hoc in testamento suo, et tamen propter devotionem dicte doctrine libentius et plus mittebat sibi. Item dixit dictus Francischinus quod pluries invitavit ad prandium in domo sua predictum Andream Saramitam, et Simoninum Collionum et Albertonum de Novate et Filixinum Karentanum et Ottorinum et Franceschinum, filios domini Gasparri de Garbagniate, qui omnes erant ejusdem credentie et doctrine. Item dixit ipse Franceschinus quod potest esse etatis annorum .XV. Item dixit quod petit misericordiam a deo et ab inquisitoribus de eo quod ipse dejeravit coram suprascripto fratre Guidone inquisitore in dicto suo quod dixit coram eo ut supra; quia noluit predicta dicere coram dicto inquisitore propter causas suprascriptas. Actum Mediolani in domo fratrum predicatorum in camera, ubi fit officium inquisitionis heretice pravitatis, coram suprascripto fratre Raynerio inquisitore. Interfuerunt ibi testes vocati et rogati fratres Paulus Marrus et Philippus de Melzo et Nicola de Varena de Cumis et Rugerius de Gisulfis, omnes ordinis predicatorum. MCCC. die martis VIIII mensis augusti, indictione .XIII. Traditum per Beltramum Salvagnium notarium officii inquisitionis.

Suprascripto anno et die Balzarrus de Monteorfano, servitor officii inquisitionis heretice pravitatis, dixit et protestatus fuit coram suprascripto fratre Raynerio de Pirovano inquisitore, se de mandato dicti inquisitoris requisivisse Alegrantiam uxorem Johannis Perusii et Florem filiam quondam Petri de Cosa de Canturio et uxorem quomdam Bonaventure de Perazollo, ambas civitatis Mediolani, porte Romane, et precepisse eis et cuilibet

earum ut suprascripto die martis ad horam campane consilij comparerent coram suprascripto frate Raynerio inquisitore.

Alegrantia uxor Johannis Perusii, civitatis Mediolani porte Romane citata per Balzarrum de Monteorfano, servitorem officii inquisitionis heretice pravitatis, de mandato dicti fratris Raynerii inquisitoris comparuit coram ipso fratre Raynerio inquisitore, cui dictus inquisitor legit quoddam dictum, quod ipsa dixit coram fratre Guidone inquisitore hoc anno die martis secundo mensis augusti, et dixit coram suprascripto fratre Raynerio inquisitore quod deieravit de certa conscientia et male dixit coram suprascripto fratre Guidone inquisitore, sed modo promittit sub debito prestiti juramenti et penis, quibus ipsa tenetur officio obligata, dicere veritatem de hiis, de quibus fuerit requisita. Et in primis quidem dixit quod ab anno uno citra audivit pluries a Sorore Mayfreda de Pirovano ordinis humiliatorum, quod Guillelma, que nunc sepulta est apud monasterium Clarevalis erat spiritus. Interrogata quare predicta non dixit coram suprascripto fratre Guidone inquisitore, respondit: quia ipsa nolebat offendere dictam sororem Mayfredam. Interrogata ipsa Alegrantia si credebat predicta, silicet quod ipsa Guillelma esset spiritus sanctus, respondit quod aliquando credebat predicta et aliquando non credebat. Interrogata dicta Alegrantia si, postquam fuit docta a dicta sorore Mayfreda de predicto errore, fecit aliquid servitium predicte sorori Mayfrede, respondit quod plura servitia postea fecit sibi maxime quia domina Alegrantia videbat dictam sororem Mayfredam esse devotam sancte Guillelme. Item dixit dicta Alegrantia quod post predictam doctrinam ivit pluries ad visitandum sepulcrum dicte Guillelme in honorem et devotionem predicte Guillelme cum cereis et candelis, et ibi stetit ipsa Alegrantia ad predicationem, que fiebat in comendationem suprascripte Guillelme per monachos de Clarevale in festo suo, videlicet per dominum Marchum Strabonum et Marchixium de Veddano monachos dicti monasterii. Actum Mediolani in ecclesia sancti Eustorgij, fratrum predicatorum, coram suprascripto fratre Raynerio inquisitore. Interfuerunt ibi testes vocati et rogati fratres Nicola de Varena de Cumis et Conradinus de Martinonis ambo ordinis predicatorum. MCCC, die martis .VIIII. mensis augusti. indictione XIII. Traditum per Beltramum Salvagnium notarium officii.

Domina Flos filia quondam Petri de Cossa de Canturio, et uxor quondam Bonaventure de Perazollo, civitatis Mediolani porte Romane citata per Balzarrum de Monteorfano servitorem officij inquisitionis de mandato suprascripti fratris Raynerij inquisitoris, comparuit coram suprascripto fratre Raynerio inquisitore, et abjuravit omnem heresim, credentiam, favorem, receptationem et defensionem heretice pravitatis; juravit quoque dicere veritatem de se et de aliis, et stare mandatis ecclesie, et inquisitorum sub pena librarum decem tertiolorum. Et se obligavit et renuntiavit in omnibus et per omnia secundum modum et formam officii inquisitionis sibi diligenter expositam et expressam. Actum Mediolani in suprascripta ecclesia coram suprascripto fratre Raynerio inquisitore, presentibus suprascriptis fratribus Nicola et Conradino testibus, suprascripto anno et die.

Interrogata et requisita dicta domina Flos a suprascripto fratre Raynerio inquisitore sub debito prestiti juramenti et penis, quibus tenetur et est inquisitionis officio obligata, quod ipsa debeat revelare et manifestare ipsi inquisitori omnem personam, quam ipsa scit peccare vel etiam peccavisse contra fidem catholicam et sacrosancte Romane ecclesie; que domina Flos respondit et dixit quod modo sunt tres anni et plus quod ipsa audivit a sorore Mayfreda de Pirovano quod Guillelma, que nunc sepulta est apud monasterium, erat spiritus sanctus, et quod ipsa Guillelma debebat resurgere ante generalem resurrectionem et ascendere in celum visibiliter, et hoc dixit dicta Mayfreda ipsi domine Flori in camera sua in domo sororum de Blassono in presentia domine Alegrantie de Perusiis et domine Bononiae de Montenariis, et domine Aydeline uxoris Stephani de Crimella, et predicta dicebat dicta soror Mayfreda ipsi domine Flori et aliis in dicta camera sua privatim. Item dixit dicta Flos quod dicta soror Mayfreda dixit sibi quod dicta Guillelma post suam ascensionem debebat dimittere dictam sororem Mayfredam suam vicariam in terra, sicut Christus dimisit beatum Petrum apostolum suum vicarium. Item dixit quod dicta soror Mayfreda dicebat sibi quod Franceschinus Malcolzatus filius quondam domini Beltrami Malcolzati debebat cantare primo missam ad sepulcrum spiritus sancti, idest, ipsius Guillelme, et ipsa soror Mayfreda debebat cantare secundam.

Item dixit quod facta sunt paramenta pro dicta missa, quam debebant cantare dictus Franceschinus et dicta soror Mayfreda, et ipsa domina Flos vidit de ipsis paramentis, camisum et dalmaticam et stollam. Interrogata domina Flos, quod ipsa credebat de predictis de quibus docebatur per ipsam sororem Mayfredam et etiam per Andream Saramittam, respondit et dixit credebat sicut ipsa docebatur, quod ipsa Guillelma esset spiritus sanctus et alia et supradicta, et etiam dicta domina Flos docebatur per predictam sororem Mayfredam quod per ipsam Guillelmam, que erat spiritus sanctus, deberent judei redimi et salvari, sicut christiani redempti et salvati sunt per Christum et sanguinem ejus. Actum, ut supra, coram suprascripto fratre Raynerio inquisitore. Interfuerunt ibi testes vocati et rogati fratres Bonacursus de Regio, et Philippus de Melzo, ambo ordinis predicatorum. MCCC. die martis .VIIII. mensis augusti, indictione XIII. Traditum per suprascriptum Beltramum notarium.

Franciscinus filius quondam domini Beltrami Malcolzati, civitatis Mediolani, porte nove, venit coram suprascripto fratre Raynerio inquisitore dicens, coram eo inquisitore, sub juramento et penis quibus tenetur inquisitionis officio obligatus, quod ipse recordatur quod vidit subtulares deauratos et depictos, quos Andreas Saramita ostendit ipsi Franceschino, et possunt esse anni quatuor et plus quod ipse Franceschinus vidit predictos subtulares in domo predicti Andree. Item dixit dictus Franceschinus quod a festo paschatis maioris proximo preterito citra soror Mayfreda de Pirovano ordinis humiliatorum comunicavit ipsum Franceschinum de una hostia in domo Guillelmi Cutice, in qua habitabat dicta soror Mayfreda. Et dictus Franceschinus dixit quod erant tunc presentes alique sorores consotie dicte Mayfrede, de nominibus quarum non recordatur. Quam quidem hostiam dicta soror Mayfreda dedit eidem Franceschino in reverentiam domine Guillelme, que sepulta est apud monasterium Clarevalis, et erat accepta dicta hostia de navello vel sepulcro dicte Guillelme. Actum Mediolani in domo fratrum predicatorum in camera, ubi fit officium inquisitionis heretice pravitatis, coram suprascripto fratre Raynerio inquisitore. Interfuerunt ibi testes vocati et rogati fratres Philippus de Melzo, et Rugerius de Gisulfis et Leonardus de Pergamo, omnes ordi-

nis predicatorum .MCCC. die mercurii .X. mensis augusti, indictione XIII. Traditum per Beltramum Salvagnium notarium officii jnquisitionis.

Andreas Saramita filius quondam Girardi Saramite, civitatis Mediolani, porte Cumensis foris, comparuit coram suprascripto fratre Raynerio de Pirovano inquisitore, et interrogatus ab ipso fratre Raynerio inquisitore sub juramento et penis, quibus tenetur inquisitionis officio obligatus, quare ipse Andreas et alii, qui erant de congregatione, conventiculo et devotione domine Guillelme, induebantur de moreto, respondit quia predicta domina Guillelma portabat vestes de bruna moreta, et ideo propter conformitatem ad vestes ejus induebantur de moreto comuniter omnes, ut viderentur omnes de eadem congregatione et devotione. Jtem dixit dictus Andreas, quod quia dicta domina Guillelma nominata fuit primo felix et credebatur spiritus paraclitus, ideo aliqui de congregatione predicta, qui habebant filios et filias, imponebant sibi ista nomina, silicet filixollus et filixolla et paraclitus. Item dixit dictus Andreas, quod quando ipse cum sotiis in veneratione dicte Guillelme ibat in Clarevale, et celebrabant ibi convivia, dominus Abbas monasterii Clarevalis mediolanensis diocesis dabat vel dari fatiebat eis panem et vinum et cicera. Et in solempnitate dicte Guillelme, predicabant ad ejus honorem monachi dicti monasterii, videlicet donus (sic) Marchixius de Veddano et donus Lombardus et donus Gratiadeus et donus Alexander commendando dictam sanctam Guillelmam et vitam ejus et eius congregationem. Actum Mediolani in burgo porte Ticinensis foris, coram suprascripto fratre Raynerio inquisitore. Interfuerunt ibi testes vocati et rogati frater Jordanus de Montecucho, ordinis predicatorum, et Balzarrus de Monteorfano, filius quondam Jocobi et Paganus, qui dicitur Qualia, filius quondam Mirani Paravisi, ambo civitatis Mediolani, porte Ticinensis, MCCC. die mercurii .X. mensis augusti, indictione XIII. Traditum per suprascriptum notarium.

Domina Bellacara uxor domini Bonadei Karentani, civitatis Mediolani, porte Romane, citata, comparuit coram suprascripto fratre Raynerio inquisitore, et interrogata dicta domina Bellacara per suprascriptum fratrem Raynerium inquisitorem sub ju-

ramento et penis, quibus tenetur officio obligata, si audivit ab aliqua persona postquam juravit coram fratre Mayfredo de Dovaria, ordinis predicatorum, tunc inquisitore, quod domina Guillelma, que sepulta est apud monasterium Clarevalis, esset spiritus sanctus verus deus et verus homo, respondit quod ipsa bene audivit predicta ab Andrea Saramita. Interrogata quare non dixit predicta coram fratre Guidone de Cochenato inquisitore in dicto suo, quod ipsa dixit coram eo de mense julij proximo preterito, respondit quia ipsa non recordabatur tunc de predictis. Interrogata ipsa Bellacara quid credebat de ipsa domina Guillelma an esset spiritus sanctus an non, respondit quod ante quam ipsa abjuraret in manibus suprascripti fratris Mayfredi inquisitoris ipsa bene credebat quod ipsa domina Guillelma esset spiritus sanctus, sed postea licet hoc audiverit ab ipso ·Andrea, tamen hoc non credidit. Interrogata si postquam audivit a dicto Andrea quod dicta Guillelma erat spiritus sanctus, dedit dicto in hoc suum auxilium, consilium vel favorem, respondit quod non; tamen dixit ipsa domina Bellacara quod bene ibat ad solempnitates et convivia, que fiebant in solempnitate et veneratione dicte Guillelme apud monasterium de Clarevale. Et dixit quod ipsa ivit illuc plusquam septies cum dicto Andrea, et audivit ibi predicationem, quam fatiebat donnus Marchixius de Veddano, monachus Clarevalis, comendando et laudando predictam sanctam Guillelmam, et stetit etiam ipsa domina Bellacara ibi in primo convivio, quod factum fuit ibi per devotos et fideles dicte domine Guillelme. Interrogata quis fecit expensas dicti convivii, respondit quod tunc fecit expensas dictum monasterium Clarevalis. Item dixit ipsa domina Bellacara, quod ipsa audivit, quod Franceschinus Malcolzatus debebat cantare primam missam ad sepulcrum ipsius sancte Guillelme, et soror Mayfreda secundam. Interrogata a quibus hoc audivit, respondit quod non recordatur. Item dixit dicta domina Bellacara, quod nichil scit aliud de predictis vel circa predicta. Actum Mediolani in ecclesia sancti Eustorgii fratrum predicatorum, coram suprascripto fratre Raynerio inquisitore. Interfuerunt ibi testes vocati et rogati, fratres Philippus de Melzo et Guillelmus de Vicomercato, ambo ordinis

predicatorum, suprascripto anno et indictione, die jovis, XI° augusti. Traditum per suprascriptum Beltramum notarium.

Domina Stephana uxor Filixini Karentani, civitatis Mediolani porte Romane, citata per Balzarrum de Monteorfano servitorem officii inquisitionis de mandato suprascripti fratris Raynerii de Pirovano inquisitoris, comparuit coram suprascripto inquisitore et abiuravit omnem heresim credentiam, favorem et receptationem heretice pravitatis, et juravit stare mandatis ecclesie et inquisitorum, et dicere veritatem de se et de aliis et cetera sub pena librarum .X. imperialium, quam penam totiens incurrat et cetera. Et renuntiavit et se obligavit in omnibus et per omnia secundum modum et formam officii inquisitionis sibi diligenter expositam et expressam. Actum Mediolani in ecclesia sancti Eustorgii fratrum predicatorum coram suprascripto fratre Raynerio inquisitore. Interfuerunt ibi testes vocati et rogati fratres Philippus de Melzo ordinis predicatorum, et Mayfredus filius quondam ser Guarnerii de Cera civitatis Mediolani porte ticinensis foris, MCCC. die jovis .XI. augusti, indictione XIII. traditum per Beltramum Salvagnium, civitatis mediolani porte nove notarium officii inquisitionis heretice pravitatis.

Interrogata dicta domina Stefana a suprascripto fratre Raynerio inquisitore sub debito prestiti juramenti et pena quibus tenetur et est inquisitionis officio obligata, si unquam audivit quod Guillelma, que sepulta est apud monasterium Clarevalis mediolanensis diocesis, esset spiritus sanctus, respondit quod ipsa bene audivit hoc ab Andrea Saramita, et potest esse medius annus vel circa. Interrogata ipsa domina Stephana si hoc credebat, respondit quod non. Interrogata dicta domina Stephana si postquam hoc audivit a dicto Andrea, ivit in Clarevalem ad venerationem et reverentiam dicte Guillelme cum predicto Andrea, respondit quod sic. Item dixit dicta domina Stephana quod ipsa fuit in convivio in Clarevale et in predicatione, quam fatiebat quidam monachus Clarevalis, cuius nomen ignorat, quod multipliciter comendabat et laudabat dictam sanctam Guillelmam. Item dixit dicta domina Stephana quod in predicto convivio monachi seu fratres Clarevalis ministrabant necessaria. Item dixit quod ipsa nichil aliud scit nec audivit circa predicta. Actum Medio-

lani in ecclesia sancti Eustorgii fratrum predicatorum coram suprascripto fratre Raynerio inquisitore. Interfuerunt ibi testes vocati et rogati fratres Philippus de Melzo ordinis predicatorum et Balzarrus, filius quondam Jacobi de Monteorfano, civitatis Mediolani porte ticinensis, suprascripto anno et die, traditum per suprascriptum Beltramum notarium.

Taria filia quondam Johannis Pontarii, Biancha filia quondam Jacobi de Cerliano, familiaris Franceschini Malcolzati, ambe civitatis Mediolani porte nove, citate per Balzarrum de Monteorfano servitorem officii inquisitionis de mandato fratris Raynerii de Pirovano ordinis predicatorum inquisitoris heretice pravitatis ut supra, comparuerunt coram suprascripto fratre Raynerio jnquisitore, et abiuraverunt omnem heresim, credentiam, favorem et receptationem heretice pravitatis, et iuraverunt dicere veritatem sub pena librarum .X. tert. pro qualibet earum, et se obligaverunt et renuntiaverunt in omnibus et per omnia secundum modum et formam officii inquisitionis sibi diligenter expositam et expressam. Actum Mediolani in ecclesia sancti Eustorgii fratrum predicatorum, coram suprascripto fratre Raynerio inquisitore. Interfuerunt ibi testes vocati et rogati fratres Guizardus de Pirovano, et Balzarrus de Sexto ambo ordinis predicatorum. MCCC. die veneris .XII. mensis augusti. indictione XIII, traditum per suprascriptum Beltramum notarium.

Interrogata dicta Taria a suprascripto fratre Raynerio inquisitore sub debito prestiti juramenti et pena, quibus tenetur et est inquisitionis ⟨officio⟩ obligata, si audivit, credidit vel credit, quod Guillelma, que nunc sepulta est apud monasterium Clarevalis, sit persona spiritus sancti, verus deus et verus homo, respondit et dixit quod ipsa hoc non audivit a sancta sua Guillelma, sed bene audivit ab Andrea Saramitta et a sorore Mayfreda de Pirovano, quod illa Guillelma erat spiritus sanctus. Interrogata dicta Taria si hoc audivit pluries a dictis Andrea et a sorore Mayfreda, post multam instantiam noluit respondere, similiter de loco et tempore et quibus presentibus noluit respondere. Item dixit dicta Taria quod ipsa audivit a predictis Andrea et sorore Mayfreda, quod ipsa sancta Gullelma, spiritus sanctus, debebat resurgere ante generalem resurrectionem, et ascendere in celum cum cor-

pore, videntibus discipulis, amicis et devotis dicte sancte Guillelme, et mittere eis spiritum sanctum. Item dixit dicta Taria quod audivit a predictis Andrea et sorore Mayfreda, quod Franceschinus Malcolzatus debebat cantare primam missam ad sepulcrum dicte sancte Guillelme et soror Mayfreda secundam solempniter. Item dixit dicta Taria quod ipsa fuit pluries in predicatione, que fiebat in Clarevale in festivitate dicte sancte Guillelme, in comendationem et devotionem dicte sancte Guillelme, in qua predicatione pluries audivit quod illi, qui predicabant proponebant et recitabant plura exempla sanctorum et postea adaptabant ad ipsam sanctam Guillelmam, quod ita poterat dici de illa sancta Guillelma. Interrogata qui erant illi, qui predicabant, respondit quod erant fratres vel monachi Clarevalis, sed nescit nomina illorum. Interrogata dicta Taria si ipsa credebat quod ipsa Guillelma esset spiritus sanctus, sicut ipsa audiebat a dicto Andrea, noluit respondere. Item dixit ipsa Taria quod pluries comedit cum devotis dicte Guillelme in Clarevale, et fratres dicti monasterii dabant vel dari fatiebant sibi necessaria. Interrogata ipsa Taria si ipsa vult negare quod dicta sancta Guillelma non sit spiritus sanctus, respondit quod non vult negare nec affirmare, sed bene vellet quod ipsa Guillelma esset spiritus sanctus. Actum Mediolani in ecclesia sancti Eustorgii fratrum predicatorum coram suprascripto fratre Raynerio inquisitore. Interfuerunt ibi testes vocati et rogati fratres Petrus de Cambiago et Philippinus de Gluxiano ambo ordinis fratrum predicatorum. MCCC. die veneris .XII. mensis augusti. indictione XIII, traditum per Beltramum Salvagnium notarium.

Interrogata suprascripta Biancha de Cerliano a suprascripto fratre Raynerio de Pirovano inquisitore, sub debito prestiti juramenti et pena, quibus tenetur et est inquisitionis officio obligata, si audivit, credidit vel credit, quod Guillelma, que sepulta est apud monasterium Clarevalis, sit spiritus sanctus, et quod ipsa deberet resurgere ante generalem resurrectionem, respondit et dixit quod bene audivit ab Andrea Saramita et a sorore Mayfreda de Pirovano vel ab altero eorum, quod ipsa Guillelma erat spiritus sanctus. Item dixit dicta Biancha quod cassa, in qua prima sepulta fuit sancta Guillelma, portata fuit de ecclesia sancti Petri ad ortum

ad domum domine Sibilie et Franceschini de Malcolzatis, quam cassam illuc portari fecit Andreas Saramita, et hoc fuit ab annis duobus citra, et fratres de Clarevale venerunt ad domum suprascripte domine Sibilie et dixerunt ei, quod dicta cassa deberet esse salva penes eam. Item dixit dicta Biancha, quod ipsa audivit a predictis Andrea et sorore Mayfreda vel ab altero eorum quod ipsa Guillelma debebat resuscitare. Item dixit ipsa Biancha quod nichil aliud scit nec audivit de dicta Guillelma nec de devotis eius.

Actum Mediolani, in dicta ecclesia sancti Eustorgii coram suprascripto fratre Raynerio inquisitore. Interfuerunt ibi testes vocati et rogati fratres Stephanus de Vicomercato et Assaldinus Januensis, ambo ordinis predicatorum, et Balzarrus de Sexto dicti ordinis, suprascripto anno et die et indictione, traditum per suprascriptum Beltramum notarium.

Domina Felix, filia domini Bonadei Karentani, et uxor quondam domini Francini de Casate, civitatis Mediolani, porte nove, citata per Balzarrum de Monteorfano servitorem officii inquisitionis de mandato fratris Raynerii de Pirovano, ordinis predicatorum, inquisitoris heretice pravitatis in Lombardia et Marchia januensi auctoritate sedis apostolice deputati, comparuit coram fratre Raynerio inquisitore predicto. Et interrogata per ipsum inquisitorem, sub debito prestiti juramenti et penis, quibus tenetur et est inquisitionis officio obligata, si ipsa unquam audivit, dixit vel credidit, quod Guillelma, que sepulta est apud monasterium Clarevalis, sit spiritus sanctus; et quod ipsa Guillelma deberet resurgere ante generalem resurrectionem, et ascendere visibiliter in celum, et quod ipsa deberet mittere suis discipulis devotis et amicis spiritum sanctum visibiliter; et quod per ipsam Guillelmam deberent judei et pagani salvari; ad omnia et singula respondit quod non. Item dixit dicta domina Felix quod nichil aliud scit nec audivit de fide et credentia et factis dicte Guillelme et de eorum devotis. Actum Mediolani in ecclesia sancti Eustorgii fratrum predicatorum coram suprascripto fratre Raynerio inquisitore. Interfuerunt ibi testes vocati et rogati fratres Philippus de Melzo et Anselminus de Castano, ambo ordinis predicatorum. MCCC. die veneris .XII. mensis augusti, indictione .XIII traditum per Beltramum Salvagnium notarium officij inquisitionis.

Domina Sibilia uxor quondam domini Beltrami Malcolzati, civitatis Mediolani porte nove, comparuit coram suprascripto fratre Raynerio inquisitore, et suo juramento dixit quod recordatur quod soror Mayfreda de Pirovano manu sua propria accepit hostias, que portate erant de Clarevale, et nescit si de sepulcro sancte Guillelme fuerant portate ille hostie, et posuit eas dicta soror Mayfreda in ore ipsius domine Sibilie, in reverentia et devotione dicte sancte Guillelme. Item dixit dicta domina Sibilia, quod ipsa habet in domo sua papilionem de zendato vermegio in uno saculo, qui portatus fuit super cassam vel super funus dicte sancte Guillelme, quando portata fuit in Clarevale, et dixit quod a parvo tempore, citra scit et audivit predicta. Actum ut supra, coram suprascripto fratre Raynerio inquisitore. Testes fratres Philippus de Melzo et Jacobinus de Beregnio, ambo ordinis predicatorum, suprascripto anno et die, traditum per suprascriptum Beltramum notarium.

Domina Petra, uxor quondam ser Mirani de Garbagniate, civitatis Mediolani, porte Cumensis foris, citata per Balzarrum de Monteorfano servitorem officii inquisitionis de mandato fratris Raynerii de Pirovano, ordinis predicatorum, inquisitionis heretice pravitatis in Lombardia et Marchia januensi auctoritate sedis apostolice constituti, comparuit coram suprascripto fratre Raynerio inquisitore, et coram eo abjuravit omnem heresim, credentiam, favorem, et receptationem heretice pravitatis, et juravit stare mandatis ecclesie et ipsius inquisitoris, et dicere veritatem et cetera sub pena librarum .XXV. imperialium, quam penam totiens et cetera. Et se obligavit et renuntiavit in omnibus et per omnia, secundum modum et formam officii inquisitionis sibi diligenter expositam et expressam. Actum Mediolani in ecclesia sancti Eustorgii fratrum predicatorum, coram suprascripto fratre Raynerio inquisitore. Interfuerunt ibi testes vocati fratres Cabrius Taliatus et Ubertus de Fraxanedo, ambo ordinis. MCCC. die veneris .XII. mensis augusti, indictione. .XIII, traditum per Beltramum Salvagnium notarium officij.

Interrogata dicta domina Petra a suprascripto fratre Raynerio inquisitore sub debito prestiti juramenti et penis, quibus tenetur et est inquisitionis officio obligata, si ipsa unquam audivit dixit

vel credidit quod Guillelma, que sepulta est apud monasterium Clarevalis mediolanensis diocesis, sit spiritus sanctus, respondit quod ipsa bene audivit quod dicta Guillelma erat spiritus sanctus, sed non recordatur a quibus hoc audiverit. Item dixit dicta domina Petra quod ipsa audivit quod dicta Guillelma debebat resurgere ante generalem resurrectionem, et ascendere in celum, visibiliter videntibus discipulis devotis et amicis suis, sed non recordatur a quibus hoc audiverit; et audivit predicta in domo sororum de Blassono ab anno uno citra. Item dixit quod postquam ipsa audivit quod dicta Guillelma erat spiritus sanctus, et quod ipsa debebat ascendere in celum ivit in Clarevalem circa festum sancti Bartolomej proximi preteriti ad festivitatem ipsius Guillelme, et ibi audivit predicationem factam per monachos Clarevalis, qui comendabant eam Guillelmam, dicendo quod ipsa fuit bona domina, sancta et devota et similia. Interrogata qui erant illi monachi, qui predicabant ut dixit, respondit quod ipsa non cognoscit eos. Item dixit dicta domina Petra quod ipsa nichil aliud scit de factis et credentia dicte Guillelme nec de devotis eius. Actum in dicta ecclesia sancti Eustorgii, coram suprascripto fratre Raynerio inquisitore. Interfuerunt ibi testes vocati, fratres Beltramus de Birago et Guillelmus de Vicomercato, ambo ordinis predicatorum, suprascripto anno et die, traditum per suprascriptum notarium.

Ottorinus filius Domini Gasparri de Garbagniate, civitatis Mediolani, burgi porte Cumensis foris, sponte comparuit coram fratribus Guidone de Cochenato et Raynerio de Pirovano, ambobus ordinis predicatorum, inquisitoribus heretice pravitatis in Lombardia et Marchia januensi auctoritate sedis apostolice deputatis, et abiuravit omnem heresim, credentiam, favorem et receptationem heretice pravitatis, et juravit stare mandatis ecclesie et ipsorum inquisitorum sub pena librarum .XXV. Imperialium et se obligavit et renuntiavit in omnibus et per omnia secundum modum et formam officij inquisitionis sibi diligenter expositam et expressam. Actum Mediolani in domo fratrum predicatorum, in cella magna ipsorum inquisitorum coram ipsis inquisitoribus. Interfuerunt ibi testes vocati et rogati fratres Jordanus de Montecucho et Ubertus de Fraxanedo, ambo ordinis predicatorum, MCCC. die sab-

bati XIII, mensis augusti, indictione tertiadecima, traditum per suprascriptum Beltramum notarium.

Interrogatus dictus Ottorinus a suprascriptis fratribus Guidone et Raynerio inquisitoribus, sub debito prestiti juramenti et penis, quibus tenetur et est inquisitionis officio obligatus, si unquam audivit, dixit vel credidit aut doctus fuit quod Guillelma, que sepulta est apud monasterium Clarevalis, sit spiritus sanctus, respondit quod ipse bene audivit ab Andrea Saramita et a sorore Mayfreda de Pirovano, quod dicta Guillelma erat spiritus sanctus, tertia persona in trinitate; et predicta dicebant predicti Andreas et soror Mayfreda presentibus pluribus aliis personis, videlicet, Symonino Colliono et magistro Beltramo de Fermo et Albertono de Novate et Filixino Karentano et Franceschino Malcolzato et magistro Jacobo de Ferno et domina Sibilia de Malcolzatis et domina Johanna, filia domini Bonadei Karentani, et domina Felix (sic) filia dicti domini Bonadei, et domina Bellacara, uxore dicti domini Bonadei, et sorores (sic) Flordebellina filia dicti Andree Saramite, et Jacoba et Agnes, (sic) et Franceschino fratre dicti Ottorini testis. Et hec fuerunt diversis temporibus et vicibus et locis, et aliquando erant aliqui ex eis presentes et aliquando non, et aliquando plures et aliquando pauci, aliquando in domo sororum domus de Blassono, aliquando in domo dicte domine Sibilie, et aliquando in domo Guillelmi Cutice, ubi stabat dicta soror Mayfreda. Et hoc fuit ab annis tribus citra, et licet hoc dicerent, tamen ipse Ottorinus hoc non credebat. Interrogatus ipse Ottorinus si audivit a dictis Andrea et sorore Manfreda vel ab aliquo eorum, quod dicta Guillelma deberet resurgere ante generalem resurrectionem, et videntibus discipulis devotis et amicis suis ascendere in celum, respondit quod ipse bene audivit a predictis Andrea et sorore Mayfreda hoc pluries. Interrogatus ipse Ottorinus si audivit a predictis Andrea et sorore Mayfreda vel ab aliqua alia persona quod Judei et Sarraceni deberent salvari et reddimi per ipsam, sicut christiani salvati et reddempti fuerunt per Christum, respondit quod ipse bene audivit a predictis Andrea et sorore Manfreda pluries et pluries. Interrogatus si ipse audivit unquam ab aliquo predictorum dicere quod dicta soror Mayfreda deberet esse papa et vi-

carius spiritus sancti, hoc est ipsius Guillelme in terra, sicut beatus Petrus apostolus fuit vicarius Christi, et Pape qui post eum fuerunt, respondit et dixit quod bene audivit predicta a dicto Andrea. Interrogatus si unquam audivit quod dicta soror Mayfreda deberet cantare missam, respondit quod sic in ecclesia Sancte Marie majoris Mediolani et predicare ibi; et ista audivit pluries et diversis temporibus et locis et presentibus pluribus, sed tamen non credebat predicta nec credidit, sed mirabatur. Interrogatus dictus Ottorinus, si non credebat predicta et mirabatur de hoc, quare non dicebat vel querebat a fratribus predicatoribus vel minoribus vel a patre suo, qui est sapiens homo, respondit quia nolebat infamare eos nec accusare. Interrogatus ipse Ottorinus, si scit quod ipsa soror Manfreda comunicavit aliquem de hostiis, que portate fuerint a sepulcro predicte Guillelme, respondit quod sic semel tantum, videlicet quod ipsa comunicavit ipsum Ottorinum et Albertonum de Novate et Simoninum Collionum et Franceschinum Malcolzatum; et credit quod ipsa similiter comunicavit magistrum Beltramum de Ferno, et hoc fuit in domo suprascripti Guillelmi Cutice, ubi modo stabat dicta soror Mayfreda. Interrogatus si unquam audivit a predictis Andrea et sorore Mayfreda quod devoti dicte Guillelme essent apostoli et discipuli spiritus sancti, hoc est ipsius Guillelme, sicut apostoli erant Jhesu Christi, respondit quod ipse bene audivit predicta a dicto Andrea, sed a predicta sorore Mayfreda non, et dixit quod ipse nunquam hoc credidit. Interrogatus ipse Ottorinus, si ipse nesciret nec crederet quod ipsi Andreas et soror Mayfreda non dixissent vel accusassent ipsum Ottorinum, si ipse accusasset vel dixisset predicta, etiam si ipse interrogatus fuisset de predictis, respondit quod non dixisset propter suprascriptam causam. Interrogatus si predicti Andreas et soror Mayfreda vel alii dicebant, quando dicta Guillelma deberet resurgere, respondit quod dictus Andreas dicebat quod ipsa debebat resurgere in pentecoste proxima preterita, sed dicta soror Mayfreda non de tempore sed dicebat quod ipsa Guillelma bene debebat resurgere. Actum Mediolani in domo fratrum predicatorum in cella magna dictorum inquisitorum, coram suprascriptis fratribus Guidone et Raynerio inquisitoribus. Interfuerunt ibi testes vocati et rogati

fratres Jordanus de Montechucho et Ubertus de Frassanedo, ambo ordinis predicatorum .MCCC. die sabbati .XIII. mensis augusti, indictione .XIII^{a}, traditum per suprascriptum Beltramum Salvagnium notarium.

Domina Sibilia, uxor quondam domini Beltrami Malcolzati, civitatis Mediolani porte nove, venit coram suprascripto fratre Raynerio inquisitore, et suo sacramento dixit coram suprascripto inquisitore quod ipsa recordatur, quod Andreas Saramita dicebat sibi ab anno uno citra quod soror Mayfreda de Pirovano ordinis humiliatorum debebat esse Rome sicut vicarius spiritus sancti, idest, sancte Guillelme, et Rome debebat baptizare judeos, sarracenos et paganos, et debebat habere suos condiscipulos et apostolos spiritus sancti, sicut Christus habuit suos discipulos et apostolos. Item dixit dicta domina Sibilia, quod predicta Mayfreda signavit sibi caput quadam vice quod ipsa domina Sibilia patiebatur dolorem capitis, et tunc ipsa domina Sibilia genuflexo osculata fuit manum dicte sororis Mayfrede. Item dixit dicta domina Sibilia, quod ipsa vidit pluries alios et alias genuflectentes ante ipsam sororem Mayfredam et osculantes sibi manum, videlicet dominas Petram et Catellam de Oldegardis et Franceschinum Malcolzatum. Item dixit dicta domina Sibilia, quod dicta soror Mayfreda dicebat sibi, cavete ne dicatis inquisitoribus et fratribus, quod ego dicam quod sancta Guillelma est spiritus sanctus; quia possem de hoc habere brigam. Actum Mediolani in ecclesia sancti Eustorgii coram suprascripto fratre Raynerio inquisitore. Interfuerunt ibi testes vocati et rogati fratres Albertus Corbella, et Balzarrus de Sexto, ambo ordinis predicatorum, MCCC. die sabbati, XIII. mensis augusti, indictione. XIII^{a}. traditum per Beltramum Salvagninum notarium officii.

Franceschinus filius quondam domini Beltrami Malcolzati civitatis Mediolani porte nove venit coram suprascripto fratre Raynerio de Pirovano inquisitore ut supra, ct suo juramento dixit coram eo inquisitore quod Andreas Saramitta dixit sibi circa festum nativitatis domini proximi preteriti apud domum fratrum humiliatorum domus nove de Mediolano, quod soror Mayfreda de Pirovano Rome debebat sedere, et baptizare ibi Judeos et Sarracenos et alias nationes, que sunt extra fidem Christi.

Item dixit quod aliquando genuflexit coram dicta sorore Mayfreda et osculatus fuit sibi manum, non tamen sicut pape vel episcopo; sed quia credebat eam esse bonam mulierem, et ipsa Mayfreda signabat ipsum, et dabat sibi benedictionem suam. Item dixit dictus Franceschinus quod dicta soror Mayfreda dicebat sibi, si inquisitores miserint pro te, venias ad me et ego docebo te, quid debeas respondere coram eis. Actum Mediolani in domo fratrum predicatorum sub porta Brolii dictorum fratrum coram suprascripto fratre Raynerio inquisitore. Interfuerunt ibi testes vocati et rogati, fratres Petrus de Marcellinis et Assaldinus januensis, ambo ordinis fratrum predicatorum, suprascripto anno et die, traditum per suprascriptum Beltramum notarium.

Andreas filius quondam Girardi Saramite, civitatis Mediolani, porte Cumensis foris, venit coram fratribus Guidone de Cochenato et Raynerio de Pirovano, ordinis predicatorum, inquisitoribus heretice pravitatis in Lombardia et Marchia januensi auctoritate sedis apostolice deputatis, et interrogatus per ipsos inquisitores sub juramento et penis, quibus tenetur et est inquisitionis officio obligatus, si ipse fuit presens in die et hora mortis Guillelme, que sepulta est apud monasterium Clarevalis, respondit et dixit quod ipse bene presens fuit, et credit quod magister Jacobus de Ferno fuit presens, et dominus Danixius Cotta fuit similiter presens. Qui dominus Danixius ivit cum dicto Andrea ad Marchionem Montisferrati sive ad Amedotum notarium dicti marchionis, qui daret eis sotietatem, ut secure possent portare dictam Guillelmam ad predictum monasterium de Clarevale; quia tunc guerra erat inter Mediolanenses et Laudenses. Interrogatus dictus Andreas si ipse recordatur que verba dixerit predicta Guillelma circa horam mortis sue, respondit et dixit quod ipse audivit ab ea Guillelma vel a dominabus, que erant ibi, silicet a dominabus Alegrantia de Perusis, Karabella de Toschanis, Bonacossa de Marescho, vel ab aliqua earum et a pluribus aliis, quod ipsa domina Guillelma dixit illis presentibus: vos credebatis videre quod non videbitis propter incredulitatem vestram, loquendo dicta Guillelma de quinque plagis, quas ipsa Guillelma debuit habuisse in corpore suo, sicut Christus habuit in corpore suo. Credit ipse Andreas, quia vox et fama erat inter devotos et devotas ipsius Guillelme, quod

ipsa haberet ipsas plagas in corpore suo, et quas plagas devoti et devote ipsius expectabant videre et non viderunt. Interrogatus dictus Andreas si audivit a dicta Guillelma circa tempus mortis sue quod ipsa diceret: *modicum et non videbitis me, et iterum modicum et videbitis me*, respondit et dixit quod ipse non audivit ista verba a dicta Guillelma, sed bene audivit aliqua verba circa ista a magistro Jacobo de Ferno, non tamen qui magister Jacobus dicebat se predicta audivisse a predicta Guillelma. Interrogatus dictus Andreas si ipse unquam dixit domino Beltramo Malcolzato vel alicui alii persone, que mortua sit vel viva, quam ipse non nominaverit in aliis dictis suis, quod predicta Guillelma esset spiritus sanctus, et quod ipsa Guillelma esset resurrectura ante generalem resurrectionem, et quod ipsa deberet ascendere in celum, et quod per eam deberent salvari Judei et Sarraceni, et alia que ipse Andreas dixit de ipsa Guillelma in aliis dictis suis, respondit dictus Andreas, quod ipse bene dixit presbitero Mirano de Garbagniate benefitiali ecclesie sancti Firmi mediolanensis, quod ipse Andreas credebat, quod dicta sancta Guillelma esset spiritus sanctus, et quod ipsa Guillelma faceret multa similia hiis que fecerat Christus. Interrogatus dictus Andreas, si ipse unquam dixit quod dominus papa Bonifatius, qui nunc est, non sit verus papa, respondit quod ipse nunquam dixit hoc. Interrogatus dictus Andreas si dicta Guillelma unquam dixit sibi aperte explicite vel implicite per circumlocutionem vel quocunque alio modo, quo ipsa Guillelma vellet dicere vel insinuare, quod ipsa esset spiritus sanctus, respondit quod non. Interrogatus dictus Andreas si ipse unquam dixit alicui quod ipse audivisset a dicta Guillelma, vel quod ipsa Guillelma diceret et insinuaret quod ipsa esset spiritus sanctus respondit quod non. Interogatus dictus Andreas si aliquis unquam dixit sibi, quod hoc audivisset ab ea Guillelma vel insinuasset quod ipsa esset spiritus sanctus, respondit quod non. Interrogatus ipse Andreas cum ipse dixerit et scripserit in dicto suo quod ipsemet scripsit suis manibus, quod Archangellus Raffael anuntiavit beate Constantie matri dicte sancte Guillelme incarnationem dicte Guillelme, sicut archangellus Gabriel anuntiavit beate Marie incarnationem Christi, et quod tali die fuit concepta, et tanto tempore stetit in corpore

dicte matris sue, et quod tali die nata fuit, sicut ipse Andreas scripsit in quodam dicto suo, quod ipse dixit coram fratre Guidone inquisitore, unde dictus Andreas habuit, et quomodo scivit hoc, respondit et dixit quod ipse hoc audivit a dicta Guillelma, quod ipsa nata erat in pentecoste, et dictus Andreas loquens aliquando cum sorore Mayfreda de dicta Guillelma, dixerunt inter se quod credebant et videbantur eis quod sic deberet esse; quod sicut archangelus Gabriel nuntiavit beate Marie incarnationem Christi, sic videbatur eis quod arcangelus Raffael nuntiavit domine Constantie regine Boemie incarnationem dicte Guillelme. Interrogatus dictus Andreas si unquam dixit alicui vel credidit, quod dicta Guillelma esset major in gloria divina quam sancta Maria mater christi vel quam aliquis alius sanctus, respondit et dixit quod ipse nunquam alicui persone hoc dixit, tamen in eo quod ipse Andreas credebat quod dicta Guillelma esset persona spiritus sancti, et esset in ea divina essentia, in tantum credebat quod ipsa Guillelma esset major in divina gloria quocumque alio sancto, etiam beata Maria, et hoc dixisset nisi timuisset errorem personarum; in quantum vero corpus ipsius Guillelme non erat adhuc glorificatum, non credebat ipsam Guillelmam esse majorem beata Maria. Interrogatus ipse Andreas si tempore quo dicebat et credebat quod soror Mayfreda debebat sedere et tenere sedem apostolicam in Roma et esse vicarius et loco spiritus sancti et verus papa, sicut beatus Petrus apostolus et sanctissimus pater dominus Bonifatius papa, qui nunc est, fuit et est vicarius et loco christi, deberet cessare papatus Romane ecclesie et ritus ejus, respondit et dixit quod ipse credebat quod dicta soror Mayfreda deberet esse verus papa et habere plenam et veram jurisdictionem et auctoritatem veri pape, et quod ipsa deberet esse verus vicarius spiritus sancti in terra, et quod papa et papatus Romanus ecclesie que nunc est et eius ritus et auctoritatem et curiam Cardinalium cessare deberent. Et quod dicta soror haberet predictam auctoritatem pape et papatus Romane ecclesie, et quod ipsa Mayfreda deberet baptizare Judeos et Sarracenos et omnes alias nationes, que sunt extra ecclesiam Romanam, que nundum sunt baptizate. Item dixit ipse Andreas quod ipse credebat, quod ista quatuor evangelia, que nunc sunt

in ecclesia Romana Jhesus Christi deberent habere statum suum que nunc habent, quousque dicta soror Mayfreda esset in dicta sede pacifice et quiete. Credebat ipse Andreas quod dicta Guillelma, id est spiritus sanctus, deberet eligere quatuor sapientes, qui tunc scriberent alia quatuor evangelia nomine illorum quatuor sapientum, et tunc evangelia que nunc sunt et eorum doctrina cessare deberet et aliorum apostolorum. Actum Mediolani in domibus officii inquisitionis heretice pravitatis coram suprascriptis fratribus Guidone et Raynerio inquisitoribus. Interfuerunt ibi testes vocati et rogati fratres Jordanus de Montecucho, ordinis predicatorum, et Johannes filius Ugonis de Colboze de Argentina familiaris dicti fratris Guidonis inquisitoris. MCCC. die sabbati, xiii. mensis augusti, indictione xiii. traditum per Beltramum Salvagnium notarium officij inquisitionis heretice pravitatis.

Suprascriptus Andreas Saramita venit coram suprascripto fratre Raynerio de Pirovano inquisitore ut supra, et interrogatus dictus Andreas a suprascripto fratre Raynerio inquisitore sub debito prestiti juramenti et penis, quibus tenetur officio obligatus, quantum tempus est quod domina Ricadona mater ipsius Andree mortua est, respondit et dixit quod possunt esse anni. XII. et plus. Interrogatus dictus Andreas, si postquam ipsa domina Ricadona mater sua abiuravit omnem heresim coram fratre Mayfredo de Dovaria tunc inquisitore hereticorum, ipsa domina Ricadona tenuit et habuit ipsam credentiam et fidem, quod dicta Guillelma, que sepulta est apud monasterium Clarevalis mediolanensis diocesis esset persona divina spiritus sancti et in ea esset divina essentia, respondit et dixit, quod post dictam abiurationem ipsius matris sue credit ipse Andreas, quod predicta sua mater tenuit ipsam credentiam et eam habuit. Interrogatus dictus Andreas quare hoc credit, respondit quia ipsa mater sua conversabatur frequenter cum sorore Mayfreda de Pirovano ordinis humiliatorum, que soror Mayfreda tenebat et credebat quod dicta Guillelma esset spiritus sanctus, tamen ex verbis predicte domine Ricadone matris sue hoc non audivit. Item interrogatus si soror Melior de Saramitis domus humiliatorum de Blassono, soror carnalis dicti Andree tenuit post suam abjurationem et credidit quod predicta Guillelma esset spiritus sanctus, respondit et dixit quod ipse credit quod sic,

s'intenda qui il *συμφέρει*, non già nel significato più comune, ma in quello meno frequente di *συμβαίνει*, del quale si trovano esempi da Erodoto fino a Plutarco e Luciano. Più comunemente ricorre in questo significato la forma medio-passiva, ma dell'attiva offre esempi Erodoto, VI 23 e 117, nonchè I 74, nel luogo da me citato in nota al versetto 18. — Questo è, parmi, il significato di *συμφέρει* che fa al caso: 'contingit enim nobis peccati maximi poenas Deo esse luendas.' Con questa interpretazione di *συμφέρει* non è peraltro tolta di mezzo la difficoltà che presenta il secondo inciso; dal quale io non saprei cavare un senso sodisfacente, meno che scrivendo *μὴ καί* invece di *καὶ μή*: 'Contingit enim nobis peccati maximi poenas Deo esse luendas; ne (contingat) ut etiam incidamus in manus Iudaeorum et lapidemur.'

50. *Ὄρθρου δὲ τῆς κυριακῆς Μαριὰμ ἡ Μαγδαληνή, μαθήτρια τοῦ κυρίου, — φοβουμένη διὰ τοὺς Ἰουδαίους ἐπειδὴ ἐφλέγοντο ὑπὸ τῆς ὀργῆς, οὐκ ἐποίησεν ἐπὶ τῷ μνήματι τοῦ κυρίου ἃ εἰώθεσαν ποιεῖν αἱ γυναῖκες ἐπὶ τοῖς ἀποθνήσκουσι τοῖς ἀγαπωμένοις αὐταῖς, — λαβοῦσα μεθ' ἑαυτῆς τὰς φίλας ἦλθε ἐπὶ τὸ μνημεῖον ὅπου ἦν τεθείς.* Dato lo stile piano e semplice del presente e degli altri evangelii, difficilmente mi par genuina ed intatta la lunga parentesi asindetica *φοβουμένη — αὐταῖς*. Più facile mi sembra che sia andata perduta una particella (p. es. *φοβουμένη ⟨γάρ⟩*), oppure, come pensa il Wilamowitz, un pronome relativo (*⟨ἣ⟩ φοβουμένη*). Dà pur luogo a qualche considerazione l'*εἰώθεσαν*. O le dimostrazioni di dolore (cioè il corrotto e le battiture, cfr. 52 *κλαῦσαι καὶ κόψασθαι*) delle donne per gli estinti a loro cari, non erano più in uso al tempo del pseudo-Pietro, e in tal caso questi, adoperando l'*εἰώθεσαν*, si è grossolanamente tradito rivelandosi come un falsario di età posteriore; oppure l'*εἰώθεσαν* non è genuino, ed è da correggere come, dubitosamente però, propone il Wilamowitz, con *εἰώθασιν*.

53. *τίς δὲ ἀποκυλίσει ἡμῖν καὶ τὸν λίθον τὸν τεθέντα ἐπὶ τῆς θύρας τοῦ μνημείου, ἵνα εἰσελθοῦσαι κ. τ. λ.* A che serve il *καί* innanzi a *τὸν λίθον*? Sarà difficile dargli una interpretazione; le traduzioni se la cavano saltandolo a piè pari. A

me sembra che serva a destare il sospetto che sia andato perduto un altro verbo, per esempio *ἀπωθήσει*, coordinato con *ἀποκυλίσει*: *τίς δὲ ἀποκυλίσει ἡμῖν καὶ ⟨ἀπωθήσει⟩ τὸν λίθον τὸν τεθέντα κτέ.*

54. *μέγας γὰρ ἦν ὁ λίθος, καὶ φοβούμεθα μή τις ἡμᾶς ἴδῃ· καὶ εἰ μὴ δυνάμεθα, κἂν ἐπὶ τῆς θύρας βάλωμεν ἃ φέρομεν εἰς μνημοσύνην αὐτοῦ, κλαύσωμεν καὶ κοψώμεθα* (*κλαυσομεν και κοψομεθα* cod.) *ἕως ἔλθωμεν εἰς τὸν οἶκον ἡμῶν.* Due erano le difficoltà che tenevano sospeso l'animo delle pie donne: la dimensione della pietra con la quale il sepolcro era stato chiuso, e il pericolo di esser vedute. A far che? Certamente a tentare di rimuover la pietra; perchè il loro desiderio era di entrare nel sepolcro (*ἵνα εἰσελθοῦσαι παρακαθεσθῶμεν καὶ ποιήσωμεν τὰ ὀφειλόμενα*), come del resto si ricava anche da quel che segue, *καὶ εἰ μὴ δυνάμεθα κτλ*, cioè 'se non riusciamo a rimuover la pietra e ad entrare'. Gli uffici che esse si credevano in dovere di prestare (*τὰ ὀφειλόμενα*) consistevano nel deporre quello che avevano portato seco *εἰς μνημοσύνην αὐτοῦ* (aromi, per es.) e nelle querimonie e battiture (*κλαῦσαι καὶ κόψασθαι*). La prima era cosa di un momento e da potersi effettuare, purchè si contentassero di effettuarla sulla porta della tomba, senza gran pericolo di esser vedute. La seconda richiedeva maggior tempo, e facile era che le loro querimonie fossero udite; perciò si proposero di lamentarsi e di battersi cammin facendo, nel tornare a casa. Ora l'asindeto *κἂν βάλωμεν ..... κλαύσομεν καὶ κοψόμεθα,* non mi sembra naturale, nè trovo che si attenui correggendo con l'Harnack i futuri indicativi *κλαύσομεν, κοψόμεθα* del cod. con gli aoristi congiuntivi *κλαύσωμεν, κοψώμεθα.* Più efficace poi del *καί* proposto dal Robinson (*καὶ κλαύσομεν καὶ κοψόμεθα*) e più consentaneo alla distinzione che ho esposta, mi parrebbe un *δέ*: *κλαύσομεν ⟨δὲ⟩ καὶ κοψόμεθα.*

55. *καὶ ἀπελθοῦσαι εὗρον τὸν τάφον ἠνεῳγμένον καὶ προσελθοῦσαι παρέκυψαν ἐκεῖ, καὶ ὁρῶσιν ἐκεῖ τινα νεανίσκον κτέ.* Il primo *ἐκεῖ* non si presta ad una interpretazione che persuada; tanto è vero che il Semeria lo salta (*elles regardèrent en se penchant*), l'Harnack mette del proprio nella sua versione

appunto la parola corrispondente a quella che, caso mai, si aspetterebbe nel testo greco (*und bückten sich hinein*). La parola che si aspetterebbe è *εἴσω*, che data la forma unciale del *ω* (molto simile ad ιc) e la forma minuscola dell'*ω* nel cod. di Gîzeh e nel suo archetipo, può essere stato letto per *ἐκεῖ*, come anche è possibile, dacchè il primo *ἐκεῖ* è tutt'altro che necessario, che il frettoloso amanuense trascorresse al secondo *ἐκεῖ* e lo copiasse, aggiungendo appresso le parole *καὶ ὁρῶσιν ἐκεῖ* e dimenticandosi di cancellarlo.

Apocalypsis Petri.

7. *οὐδὲ [γὰ]ρ στόμα δύναται ἐξηγήσασθαι ἢ κ[αρδία ἐπινοῆσα]ι τὴν δόξαν ἣν [ἐ]νεδέδυντο καὶ τὸ κάλ[λος τῆς ὄψ]εως αὐτῶν*. La lacuna del penultimo verso della pag. XIV del codice è capace di tredici lettere, e tante ne conta il supplemento del Lods accettato dal Gebhardt. ' Dass das *κ* zu *καρδία* zu ergänzen ist ', nota il Gebhardt, ' darf als sicher gelten, da der senkrechte strich des *ρ* noch zum Theil erhalten ist '. Il termine *καρδία* per denotare la mente, l' intelletto, è usitato nel Nuovo Testamento (*τῇ καρδίᾳ συνιέναι, νοεῖν, ἀσύνετος καρδία, τοὺς ὀφθαλμοὺς τῆς καρδίας*) e quindi non dà luogo ad obiezioni. Ma il *κ* potrebbe essere anche elemento di qualche altra parola; e il tratto verticale potrebbe esser proprio, oltrechè di un *ρ*, anche di altra lettera; potrebbe per esempio essere un *ι*, che talora ha nel codice l'asta prolungata quanto quella del *ρ*. Con lo stesso numero di tredici lettere sarebbe pertanto ancora possibile supplire *ἢ κ[αί τις ἐπινοῆσα]ι*. Il Wilamowitz propose *ἢ καρδία χωρῆσαι*, numero di lettere che pure, tenuto conto della poca loro regolarità, può aver riempito lo spazio.

16. *τοσοῦτον δὲ ἦν τὸ ἄνθος ὡς καὶ ἐφ' ἡμᾶς ἐκεῖθεν φέρεσθαι*. A buon dritto l' Usener aggiunge *ὀσμήν* dopo *ὡς*. Non altrettanto necessario, ma pure efficace mi sembrerebbe l'articolo: *ὡς ⟨τὴν ὀσμὴν⟩ καὶ ἐφ' ἡμᾶς ἐκεῖθεν φέρεσθαι* (l'odore di quella fioritura).

17. *οἱ δὲ οἰκήτορες τοῦ τόπου ἐκείνου ἐνδεδυμένοι ἦσαν ἔνδυμα ἀγγέλων φωτεινῶν, καὶ ὅμοιον ἦν τὸ ἔνδυμα αὐτῶν τῇ*

χώρᾳ αὐτῶν. Senza alcun dubbio credo che sia da mutare il *φωτεινῶν* in *φωτεινόν*. Cfr. 7, dove si parla dei due beati che primi apparvero agli apostoli, *καὶ φωτεινὸν ἦν αὐ[τῶν τὸ] ἔνδυμα*, e 21 dove dei dannati e dei demonii è detto *σκοτεινὸν εἶχον αὐτῶν τὸ ἔνδυμα κατὰ τὸν ἀέρα τοῦ τόπου*. Similmente anche della veste dei beati è detto *καὶ ὅμοιον ἦν..... τῇ χώρᾳ αὐτῶν*, e questa regione è qualificata poco innanzi (15) come *χῶρον..... ὑπέρλαμπρον τῷ φωτί*, ed il suo aere come *ἀκτῖσιν ἡλίου καταλαμπόμενον*.

18. *ἄγγελοι δὲ περιέτρεχον αὐτοὺς ἐκεῖσε*. Non so ben capacitarmi dell'*ἐκεῖσε*. Che sia una svista per *ἐκεῖ* par poco probabile, ed anche *ἐκεῖ* sarebbe per lo meno superfluo. Invece si può ragionevolmente sospettare che sia andato perduto un participio come sarebbe *κατελθόντες* (cfr. Ev. 36, 44): *ἄγγελοι δὲ περιέτρεχον αὐτοὺς ⟨κατελθόντες⟩ ἐκεῖσε*.

20. *Οὗτός ἐστιν ὁ τόπος τῶν ἀρχιερέων ὑμῶν τῶν δικαίων ἀνθρώπων*. Il cod. ha chiaramente *αρχερω*, *ἀρχιερέων* è congettura dell' Harnack. Ma questi sommi sacerdoti giungono affatto nuovi e inaspettati, nè in tutto il frammento se ne parla mai. Il luogo è quello dei giusti; e i giusti premiati sono qualificati dagli apostoli come loro fratelli: 5 *καὶ ἐδεήθημεν ὅπως δείξῃ ἡμῖν ἕνα τῶν ἀδελφῶν ἡμῶν ⟨τῶν⟩ δικαίων*, e da Cristo, come fratelli degli apostoli: 13 *οὗτοί εἰσιν οἱ ἀδελφοὶ ὑμῶν οἱ δίκαιοι, ὧν ἠθελήσατε τὰς μορφὰς ἰδεῖν*. 'Quod praeferrem *ἀδελφῶν* a litteris traditis longius distat', osserva il Wilamowitz giustamente; ma qualunque possa essere stato il motivo a noi ignoto della falsa lezione del codice, il confronto dei due luoghi sopra citati ci induce, mi sembra, a correggere *ἀδελφῶν*, come a me pure era venuto in mente.

21. *Εἶδον δὲ καὶ ἕτερον τόπον καταντικρὺς ἐκείνου αὐχμηρότατον· καὶ ἦν τέπος τῆς κολ[ά]σεως, καὶ οἱ κολαζόμενοι ἐκεῖ καὶ οἱ κολάζοντες ἄγγελοι σκοτεινὸν εἶχον αὐτῶν ⟨τὸ⟩ ἔνδυμα κτέ*. Il cod. ha *αυχμηροντον*, corretto con *αὐχμηρότατον* dal Blass, con *αὐχμηρῶν τινων* dal Diels, con *αὐχμηρὸν* dall' Harnack, con *αὐχμηρὸν πάνυ* dal James. Non sarebbe cosa naturale che, innanzi che questo luogo fosse qualificato in genere come luogo di punizione, e innanzi che fosse descritta la veste dei

puniti e dei punitori, fosse accennato specificatamente chi erano i puniti? Si potrebbe allora sospettare che di questa specificazione non sia rimasto altro che l' articolo: *Εἶδον δὲ καὶ ἕτερον τόπον καταντικρὺς ἐκείνου αὐχμηρόν, τὸν ⟨τῶν ἀδίκων⟩· καὶ ἦν τόπος κολάσεως κτἑ.* Cfr. 20 *Οὗτός ἐστιν ὁ τόπος . . . τῶν δικαίων ἀνθρώπων.*

24. *ἦσαν δὲ καὶ ἄλλοι· γυν[α]ῖκες [τ]ῶν πλοκάμων ἐξηρτημέναι ἀνωτέρω τοῦ βορβόρο[υ] ἐκείν[ου] τοῦ ἀναπαφλάζοντος. αὗτ[αι δ]ὲ ἦσαν αἱ πρὸς μοιχείαν κοσμηθεῖσαι· οἱ δὲ συμμιγ[έντ]ες αὐτῶν τῷ μιάσματι τῆς μοιχείας ἐκ τῶν ποδῶν [ἦσαν] κ[ρεμαμένοι κ]αὶ τὰς κεφαλὰς εἶχον ἐν τῷ βορβόρῳ κτἑ.* — *Ἦσαν δὲ καὶ ἄλλοι,* ma dov' erano? Ciò che segue mostra che erano nella palude menzionata poco sopra, alla quale appartiene il *βόρβορος*. Ma non riesce per questo meno molesta la mancanza di una espressa determinazione locale. Forse *ἦσαν δὲ ⟨ἐκεῖ⟩ καὶ ἄλλοι* per isdoppiamento dei due *ε* e per confusione di *κει* e *και*? Neppure valgo ad allontanare da me il sospetto che un altro incentivo di omissioni, l'omoioteleuto, abbia motivata un'altra perdita dopo *ἄλλοι*: *ἦσαν δὲ ⟨ἐκεῖ⟩ καὶ ἄλλοι, ⟨ἄνδρες καὶ γυναῖκες⟩ · γυναῖκες κτἑ.* Cf. Ap. 27. 28, 32, 33, 34. — Più oltre, nell' inciso *οἱ δὲ συμμιγέντες — τῆς μοιχείας*, mal si presta la giacitura delle parole a quell' unica costruzione che è consentita dal testo nella forma che esso ha nel ms., cioè: *οἱ δὲ συμμιγέντες τῷ μιάσματι τῆς μοιχείας αὐτῶν.* Ed anche costruendo così, il dettato è tutt' altro che agile e piano, mentre forse si attenderebbe piuttosto *οἱ δὲ συμμιγέντες αὐταῖς τῷ μιάσματι τῆς μοιχείας*, come veggo ora aver proposto l' Usener. Però possibile mi pare altresì che *τῆς μοιχείας* sia una glossa inserita a precisare il significato generico di *μιάσματι,* per quanto, precedendo *αἱ πρὸς μοιχείαν κοσμηθεῖσαι,* non ce ne fosse alcun bisogno. Se *τῆς μοιχείας* è da espungere come glossema, l' *αὐτῶν* sta con tutta naturalezza innanzi a *μιάσματι* e da esso dipende, cosicchè la costruzione diventa scorrevole e piana.

25 init. *Καὶ τοὺς φονεῖς ἔβλεπον καὶ τοὺς συνειδότας αὐτοῖς βεβλημένους ἔν τινι τόπῳ τεθλιμμένῳ καὶ πεπληρωμένῳ ἑρπετῶν πονηρῶν καὶ πλησσομένους ὑπὸ τῶν θηρίων ἐκείνων καὶ*

οὕτω στρεφομένους ἐκεῖ ἐν τῇ κολάσει ἐκείνῃ κτέ. Qual è la relazione dell' *οὕτω* nella espressione *οὕτω στρεφομένους*? Nelle presenti condizioni del testo non saprei trovarne alcuna che a me sodisfaccia. E credo che appunto perchè quell' *οὕτω* non ha alcuna ragione di essere, sia stato dall' Harnack o avvertitamente o inavvertitamente tralasciato nella sua versione: 'und (sah sie) gepeiniegt von jenen Thieren und sich daselbst windend unter dieser Strafe'. Può forse venire in mente che *οὕτω* sia da riferire al precedente *πλησσομένους ὑπὸ τῶν θηρίων*, ed equivalga così a *διὰ τοῦτο* (*διὰ τὸ πλήσσεσθαι*): 'e che così (cioè per effetto di quelle sferzate) si contorcevano'. Ma allora a che l' aggiunta *ἐν τῇ κολάσει ἐκείνῃ*? Se dunque *οὕτω* non ha relazione con ciò che precede, nè l' ha, nè può averla con ciò che segue, resta che l' avesse con qualche espressione che ad essa collegandosi con un *ωστε* le dava compimento, esprimendo mediante un verbo all' infinito la conseguenza dell' *οὕτω στρεφομένους*, e che quindi il testo sia lacunoso. Accennerò ad un *ὥστε διασπασθῆναι* per chiarire il mio pensiero, non perchè io creda che fosse *δισπασθῆναι* la parola omessa.

25 fin. *αἱ δὲ ψυχαὶ τῶν πεφονευμένων ἑστῶσαι καὶ ἐφορῶσαι τὴν κόλασιν ἐκείνων τῶν φονέων ἔλεγον Ὁ θεός, δικαία σου ἡ κρίσις.* È premessa la descrizione della pena degli assassini e dei loro complici, sulla quale cade la mia osservazione precedente. Non isfuggirà ad alcuno quanto sia inetta la espressione *ἐκείνων τῶν φονέων*, 'di quegli uccisori,' in luogo della quale ognuno si aspetterebbe l'altra 'dei loro, dei propri uccisori'. Infatti l'Harnack si trova costretto anche qui a supplir nella versione ciò che manca nel testo: 'standen dabei und schauten die Strafe jener i h r e r Mörder'. L' inconveniente non ha più luogo se si espungono, come glossema, le parole *τῶν φονέων*.

26. Si descrive la pena di quelle donne che procurarono l'aborto della loro prole illegittima, immerse fino al collo in uno stagno di sangue: *καὶ ἀντικρὺς αὐτῶν πολλοὶ παῖδες, ο[ἵτινε]ς ἄωροι ἐτ[ί]κτοντο, καθήμενοι ἔκλαιον· καὶ προήρχοντο ἐξ αὐ[τῶν φλόγ]ες πυρὸς καὶ τὰς γυναῖκας ἔπλησσον κατὰ τῶ[ν] ὀφθαλμῶν.* Il Gebhardt preferì al supplemento del Diels, *ἀκτῖνες* (cf. Ap. 7. 15) adottato anche dall' Harnack, quello del James, *φλίγες*.

Credo che *ἀκτῖνες*, che pure a me venne in mente, sia preferibile non meno per ragioni paleografiche che per il proprio significato della parola. Certa è nel ms. la finale *ες*. La parte inferiore di un'asta che si vede poco dopo il margine della lacerazione può essere l'avanzo di un *ι*, la linea orizzontale a sinistra, invero molto sbiadita, può aver formato il taglio di un *τ*, come può essere appartenuto all'asta di un *τ* l'avanzo di un tratto verticale, molto sbiadito anch'esso, accanto a quello che ho detto poter essere l'avanzo di un *ι*; e finalmente le reliquie innanzi ad *ες* si prestano molto bene a formare la parte inferiore di un ms. unciale. Inoltre se dai fanciulli *προήρχοντο . . . φλόγες*, com'è che queste fiamme colpivano le loro madri soltanto negli occhi, e non ne investivano tutta la parte della persona che sovrastava dal collo in su a quel lago di sangue, cioè tutta la testa? Più naturale sembra che i loro occhi fossero colpiti da raggi, *ἀκτῖνες*, di fuoco. Finalmente uno dei tre frammenti dell'Apocal. Petri presso Clemente Alessandrino (Eclog. proph. 41) che corrisponde al luogo in questione, ha *ἀστραπή*, molto più vicino ad *ἀκτῖνες* che a *φλόγες*: *καὶ ἀστραπὴ πυρὸς πηδῶσα ἀπὸ τῶν βρεφῶν ἐκείνων καὶ πλήσσουσα τοὺς ὀφθαλμοὺς τῶν γυναικῶν*.

26. *αὗται δὲ ἦσαν αἱ ἀ[γάμως τὰ βρέφη τεκο]ῦσαι καὶ ἐκτρώσασαι*. Il supplemento, che è del Gebhardt, dà da pensare per più ragioni. Dell'avverbio *ἀγάμως* (il *γ* non è del tutto sicuro, ma è possibile) non si trova esempio. Inoltre *ἄγαμος* si dice dell'uomo, mentre della donna si dice *ἄνανδρος*. Ancora par poco tollerabile la tautologia *τεκοῦσαι καὶ ἐκτρώσασαι*. L'avanzo della prima lettera della lin. 8 della pag. XVIII del cod., alla quale succede la lacuna, può appartenere, per quanto mi sembra, o ad un *ο*, o ad un *ρ*, o ad un *σ* (cf. Gebhardt p. 10). Giovandomi del *συλλαβοῦσαι* proposto dall'Usener, congetturerei: *αἱ ἀ[σελγῶς συλλαβ]οῦσαι καὶ ἐκτρώσασαι*. Cf. Paul. ad Rom. 13, 13 *κοίταις καὶ ἀσελγείαις*, ad Corinth. II, 12, 21 *ἐπὶ τῇ ἀκαθαρσίᾳ καὶ πορνείᾳ καὶ ἀσελγείᾳ*, ad Galat. 5, 19 *τὰ ἔργα τῆς σαρκός, ἅτινά ἐστιν πορνεία ἀκαθαρσία ἀσέλγεια*, Petr. II, 18 *ἐν ἐπιθυμίαις σαρκός, ἀσελγείαις*.

CORRISPONDENZA

Annunciano l' invio delle proprie pubblicazioni:

La R. Accademia di scienze, lettere ed arti di Modena; l'Istituto di studî superiori di Firenze; l'Accademia di scienze e lettere di Christiania.

Ringraziano per le pubblicazioni ricevute:

La R. Accademia di scienze ed arti di Barcellona; la R. Accademia archeologica d'Anversa; la Società letteraria e filosofica di Manchester.

OPERE PERVENUTE IN DONO ALL' ACCADEMIA
dal 17 luglio al 20 agosto 1899.

Actes du XIe Congrès international des Orientalistes. Paris, 1897. 4e Section. Paris, 1899. 8°.

Ambrosoli S. — Il ripostiglio di Abbiategrasso. Milano, 1899. 8°.

Fiocca L. — Bovianum. Teramo, 1899. 8°.

Maes C. — Comitium. Roma, 1899. 4°.

Mancini C. — Il linguaggio simbolico della regina delle epigrafi osche, scoverto e interpretato. Napoli, 1899. 4°.

Michaeli M. — Memorie storiche della città di Rieti. Vol. III e IV. Rieti, 1898-99. 8°.

Müller D. H. — Die Südarabische Expedition d. k. Akademie der Wissenschaften in Wien und die Demission des Grafen Carlo Landberg. Wien, 1899. 8°.

Rogadeo E. — Gli ordinamenti marittimi di Trani. Trani, 1899. 8°.

Rosario G. — Dei Reali archivi di Sicilia. Memoria inedita pubblicata per cura di G. La Mantia. Palermo, 1899. 8°.

Schipa M. — Il Regno di Napoli descritto nel 1713 da P. M. Doria. Napoli, 1899. 8°.

IL PROCESSO DEI GUGLIELMITI

Terza Nota del Socio F. Tocco.

Quaternus imbriviaturarum Beltrami Salvagnij, civ. Med. porte nove notarij factarum coram fratribus Guidone de Cochenato et Raynerio de Pirovano, inquisitoribus hereticorum.

In nomine domini amen. Anno a nativitate ejusdem millesimo trecentesimo, die martis vigesimo tertio mensis augusti, indictione tertiadecima, in pallatio curie archiepiscopatus mediolanensis; ibique convocatis et presentialiter congregatis infrascriptis dominis ad requisitionem venerabilis patris domini F. (Francisci Fontana), Dei et Apostolice sedis gratia sancte mediolanensis ecclesie archiepiscopi, et fratrum Guidonis de Cochenato et Raynerii de Pirovano, amborum ordinis predicatorum, inquisitorum' heretice pravitatis in Lombardia et Marchia januensi a dicta sede apostolica deputatis: videlicet domino Bernardo de Talentis episcopo laudensi, et dominis Obizone de Buxnate archidiacono ecclesie majoris mediolanensis, et Matheo vicecomite proposito de Dexio, et Nerzoe de Sexto, et Obizone de Benadigro proposito de Vicomercato, et Mayfredo Litta, omnibus ordinariis dicte ecclesie mediolanensis, et dominis Gabriele de Uxeletis, Guidone Stampheo, Mayfredo de Grepa, Jacobo Cutica et Bellono Mora, omnibus in utroque jure peritis, ipsis omnibus primo admonitis per suprascriptum dominum archiepiscopum, ut constat per admonitionem scriptam in quaterno Mayfredi de Cera notarii officii inquisitionis

suprascripto anno die lune proximo preterito; et ibi lectis et recitatis quibusdam processibus et inquisitionibus factis per predictos fratres Guidonem et Raynerium inquisitores vel per alterum eorum de beneplacito et consensu suprascripti domini Archiepiscopi, et coram predictis omnibus et singulis seriose manifestatis et examinatis et integraliter explicatis secundum formam traditam a sanctissimo patre domino Bonifatio papa octavo diocesano et inquisitoribus heretice pravitatis; et ab ipsis domino archiepiscopo et inquisitoribus super predictis processibus et inquisitionibus petito et requisito consilio predictorum; tandem uniformiter et concorditer, nemine discrepante, dixerunt et consuluerunt quod soror Jacoba de Bassanis de Nova ordinis humiliatorum domus de Blassono, site in civitate Mediolani prope pontem veterem Brayde Guertij, potest et debet judicari heretica in abiuratam heresim et relapsa, et in abiuratam recidiva, et ipsam fore sine aliqua audientia seculari juditio relinquendam. Actum in predicto pallatio coram omnibus suprascriptis.

Magister Beltramus fixicus, filius magistri Jacobi de Ferno civitatis Mediolani porte Vercelline citatus per Balzarrum de Monteorfano servitorem officii inquisitionis de mandato fratrum Guidonis de Cochenato et Raynerii de Pirovano, amborum ordinis predicatorum, inquisitorum heretice pravitatis in Lombardia et Marchia januensi auctoritate sedis apostolice deputatorum. Et interrogatus dictus magister Beltramus ab ipsis inquisitoribus, sub jure et penis, quibus ipse tenetur et est inquisitionis officio obligatus, si aliquis dixit ipsi magistro Beltramo, quod frater Guido de Cochenato ordinis predicatorum inquisitor nec aliquis alius inquisitor non possit facere officium inquisitionis in Mediolano nec ejus districtu, respondit quod sic; quia quando Andreas Saramita fuit citatus ex parte predicti fratris Guidonis inquisitoris, ipse magister Beltramus testis et dictus Andreas Saramita iverunt ad domum fratrum minorum de Mediolano, et habuerunt consilium cum fratre Daniele de Ferno ordinis minorum, qui frater Daniel inter cetera dixit dictis magistro Beltramo et Andree, quod frater Guido de Cochenato nec alii inquisitores non poterant facere officium inquisitionis in Mediolano nec ejus districtu, et de hoc inquirerent a Fratre Pagano de Petra

sancta, qui habebat litteras domini pape bullatas continentes quod dicti inquisitores erant cassati vel suspensi ab officio inquisitionis in Mediolano et districtu, et si ipsi non invenirent dictas litteras apud dictum fratrem Paganum, reddirent ad ipsum fratrem Danielem, qui quereret si dicte littere erant in domo sua, idest fratrum minorum. Qui quidem Andreas et magister Beltramus quesierunt ipsas litteras apud dictum fratrem Paganum et apud notarium dicti fratris Pagani, et apud notarium domini Archiepiscopi mediolanensis, sicut eos instruxerat dictus frater Paganus, et tandem cum non invenissent dictas litteras, iterum reddierunt ad domum dicti fratris Pagani, et invenerunt quod ipse habebat dictas litteras, et ordinaverunt ire sequenti die in mane ad domum fratrum minorum, et ipse frater Paganus cum dictis litteris ivit ad domum fratrum minorum, ubi simul fuerunt predicti magistri Beltramus et Andreas, et frater Daniel et frater Paganus, et lectis ibi dictis litteris inter eos, ipse frater Daniel dixit, quod ipse non dubitabat, quod fratres predicatores inquisitores nec alii inquisitores non poterant facere officium inquisitionis nec se intromitere de officio inquisitionis in civitate et districtu Mediolani, et quod ipse Andreas nec alii, qui citarentur, non tenebantur comparere coram inquisitoribus, et si comparerent deberent dicere ipsis inquisitoribus, quod ipsi facerent sibi fidem quomodo ipsi inquisitores possunt facere officium in Mediolano et districtu, et in fine dixit dictus frater Daniel eis: habete tamen consilium cum aliquo sapiente, et eadem verba et similia dicebat et affirmabat predictus frater Paganus, et dicebat dictus frater Paganus eis quod esset sibi carum ad valorem librarum XXV si ipse haberet vel habere posset pro certo per instrumentum quod inquisitores intromitterent se de officio; quia si ipse haberet hoc, mitteret ad curiam et causa sua esset terminata. Interrogatus dictus Magister Beltramus testis a suprascriptis inquisitoribus sub jure et penis, qnibus tenetur officio obligatus, si predictus frater Paganus sciebat quod predictus Andreas fuerat citatus per inquisitores pro causa domine Guillelme, que sepulta est apud monasterium Clarevalis, que causa examinabatur per ipsos inquisitores, respondit et dixit quod sic; quia ipse magister Beltramus et dictus Andreas dixerunt ipsi

fratri Pagano quod pro causa dicte Guillelme fuerat citatus dictus Andreas. Item dixit dictus magister Beltramus testis quod dictus frater Paganus de Petrasancta dixit eisdem magistro Beltramo et Andree rogando eos non solum semel sed pluries quod ipsi procurarent habere per aliquem modum certitudinem quod inquisitores facerent officium inquisitionis, et de hoc quando ipsi haberent certitudinem, facerent ipsi fratri Pagano fidem; quia ipse frater Paganus audiens quod inquisitores fecerant comburi quendam apud Balsemum, ipse frater Paganus miserat illuc ad inquirendum et habendum veritatem si fecerant ibi officium, sed habere non potuit et etiam ad alia plura loca, sed nusquam habere potuit veritatem nec certitudinem quod officium facerent vel fecissent. Item dixit dictus magister Beltramus testis, quod quando ipse et dictus Andreas habuerunt et sciverunt quod dictus frater Paganus habebat dictas litteras, ipsi dixerunt domino abbati de Clarevale et dono Marchixio de Veddano monacho monasterii de Clarevale quod dictus frater Paganus habebat ipsas litteras, et petiverunt consilium ab eis quod ipsi habebant facere, et ipsi dominus abbas et donus Marchixius dixerunt ipsi magistro testi et Symonino Colliono, quod ipsi procurarent habere dictas litteras, vel transcriptum earum, et ipse magister Beltramus testis, et dictus Symoninus procuraverunt cum notario dicti fratris Pagani de voluntate et mandato illius fratris Pagani quod ille notarius transcripsit eis dictas litteras, et cum ipsi habuerunt illud transcriptum, dederunt illud dictis domino abbati et dono Marchixio. Qui abbas et donus Marchixius dixerunt quod volebant ire ad dominum archiepiscopum ad castrum suum de Cassano, et procurare cum eo quod inquisitionem quam fatiebant inquisitores super causa dicte domine Guillelme traheret ad se, et iverunt et secum portaverunt dictum transcriptum, et quando dicti dominus abbas et donus Marchixius rediverunt, ipse donus Marchixius dixit ipsi magistro Beltramo testi quod dominus archiepiscopus bene intromitteret se de inquisitione predicta vel per se vel cum inquisitoribus. Actum Mediolani in domo fratrum predicatorum in camera, ubi fit officium inquisitionis heretice pravitatis coram suprascriptis fratribus Guidone et Raynerio inquisitoribus. Interfuerunt ibi testes vocati et rogati fratres Ar-

dicus Gambarus et Tiberius pietor ambo ordinis predicatorum, die lune XXVIIII. mensis augusti. MCCC, indictione XIII, traditum per Beltramum Salva notarium officii inquisitionis heretice pravitatis.

Domina Dionese uxor quondam domini Jacobi de Novate, civitatis Mediolani, porte nove, constituta coram fratre Guidone de Cochonato ordinis predicatorum inquisitore ut supra. Que domina suo juramento dixit quod ab anno uno citra Andreas Saramita et soror Mayfreda de Pirovano dixerunt multotiens et coram multis quod sanctissimus pater dominus Bonifatius papa non erat verus papa, quia factus fuerat et fecerat semetipsum vivente alio papa. Item dixit dicta domina Dionese quod ipsa dedit dicte Andree libras CL tertiolorum, de quibus denariis dictus Andreas debebat expensare libras C tert. in paramentis et ornamentis domine Guillelme, et alias libras L debebat tenere penes se ad petitionem dicte domine et dare sibi illos denarios, quotienscumque eos voluerit, et proficuum illarum librarum L tert. Et modo quod ipsa domina petebat illos denarios invenit quod ipse Andreas expensaverat omnes illos denarios exceptis libris .xiii tert. Actum Mediolani in domo fratrum predicatorum, prope portam pasquarij coram dicto fratre Guidone inquisitore. Testes fuerunt ibi vocati et rogati fratres Leonardus pergamensis et Petrinus Fer̄. (sic), ambo ordinis predicatorum, suprascripto anuo et die, traditum per suprascriptum notarium.

Taria de Pontariis, civitatis Mediolani, porte nove comparuit, coram suprascripto fratre Guidone inquisitore ut supra. Et interrogata ab ipso fratre Guidone inquisitore sub juramento et penis, quibus tenetur officio obligata, si unquam audivit et vidit quod soror Mayfreda de Pirovano fecerit vel celebraverit missam; respondit quod nunquam vidit nec audivit quod ipsa faceret missam. Interrogata si ipsa scit quod alique vestes fuerint facte pro dominabus devotis domine Guillelme, que sepulta est apud monasterium Clarevalis, respondit quod sic, et habuit in domo sua septem sochas de morello sine gironibus, quas vestes dicte devote debebant induere in festo dicte domine Guillelme, et de quibus vestibus ipsa testis misit heri sex domine Sibilie de Malcolzatis, et aliam retinuit penes se. Interrogata si ipsa credit

et credidit quod dicta Guillelma esset spiritus sanctus, respondit quod non bene credidit. sed modo non vult credere amplius. Interrogata quare non dixit hoc in dicto suo, quod ipsa dixit coram fratre Raynerio de Pirovano inquisitore suprascripto anno die veneris .xii. augusti proximo preterito, respondit quia non recordabatur tunc de hoc. Actum Mediolani in ecclesia fratrum predicatorum coram dicto fratre Guidone inquisitore, suprascripto anno die veneris secundo mensis septembris, indictione .XIV. scriptum per suprascriptum Beltramum notarium.

Magister Beltramus fixicus filius magistri Jacobi de Ferno, civitatis Mediolani porte Verzelline, comparuit coram suprascripto fratre Guidone inquisitore, et interrogatus a suprascripto fratre Guidone sub juramento et penis, quibus tenetur officio obligatus, si unquam fuit in aliquo loco, ubi soror Mayfreda de Pirovano diceret missam, et si vidit quod ipsa soror Mayfreda parata ad modum sacerdotis diceret missam; respondit quod non. Interrogatus si audivit ab aliqua persona de devotis Guillelme, que sepulta est apud monasterium Clarevalis, quod predicta soror Mayfreda dixerit missam, respondit quod ipse credit pro certo quod ipse audivit hoc, sed nescit a quibus audivit, sed recordatur quod quando ipsa soror Mayfreda et alii fuerunt citati, ipsa dixit: de missa nichil dictum est. Et ipse testis dixit ei de qua missa, et ipsa soror Mayfreda dixit ei: non curetis de hoc, et cavete ne dicatis veritatem, quia ego et Andreas Saramita essemus mortui. Actum Mediolaui in domo fratrum predicatorum in camera, ubi fit officium inquisitionis heretice pravitatis, coram suprascripto fratre Guidone inquisitore. Interfuerunt ibi testes vocati et rogati fratres Andreas Todeschus et Crescinus Camozia, ambo ordinis fratrum predicatorum, die veneris secundo mensis septembris, indictione .XIIII. MCCC traditum per Beltramum Salvagnium notarium officii inquisitionis.

Domina Sibilia quondam domini Beltrami Malcolzati, civitatis Mediolani, porte nove venit sponte coram fratre Guidone de Cochenato ordinis predicatorum inquisitore ut supra. Que domina suo sacramento dixit quod a festo pasche proximo preterito citra soror Mayfreda de Pirovano paravit se ad modum sacerdotis, et soror Flordebellina et soror Anexina et Andreas

Saramita et Franceschinus Malcolzatus habebant dalmaticas, et Albertonus de Novate et Filixinus Karentanus et Ottorinus de Garbagnate habebant cottas blanchas et paraverunt unum discum ad modum altaris, et habuerunt calicem et alia necessaria pro missa dicenda, et dicta soror Mayfreda dixit missam, et habuit hostiam et levavit, et fecit omnia circa missam illam, secundum quod fatiunt alii sacerdotes. Et dictus Andreas dixit evangelium, et Albertonus predictus dixit epistolam, et erant ibi presentes domina Dionese de Novate et domina Margarita de Novate et Symoninus Colionus. Item dixit dicta domina Sybilia quod dictus Andreas Saramita dixit sibi presentibus pluribus aliis personis quod ipse Andreas semel ivit ad domum Guillelme sepulte apud monasterium Clarevalis, et invenit eam Guillelmam in camera stantem in oratione, et cum orasset ipsa errexit se et dixit dicto Andree quod ipsa erat spiritus sanctus apparens in spetie mulieris, dicens dicta Guillelma ipsi Andree; quod si ipsa venisset in spetie hominis ipsa fuisset mortua, sicut Christus mortuus fuit et totus mundus perisset. Item dixit dicta domina Sybilia quod predictus Andreas dixit sibi quod tunc apparuit ibi quedam cathedra, quam dicta Guillelma convertit in uno bove et ipsa Guillelma dixit eidem Andree: vide illum bovem, tene illum si potes, et statim disparuit bos. Item dixit dicta testis, quod ipsa audivit a dicto Andrea quod ipsa Guillelma dicebat quod nomen suum non morietur in eternum, et quod per eam Guillelmam multi haberent consolationem et multi haberent tribulationem. Actum in ecclesia fratrum predicatorum de sancto Eustorgio Mediolani, coram dicto fratre Guidone inquisitore. Interfuerunt ibi testes vocati et rogati fratres Paulus Marrus, et Jordanus de Montechuco ambo ordinis predicatorum, die sabbati tertio mensis septembris .MCCC. indictione .XIIII. traditum per suprascriptum Beltramum notarium.

Domina Dionese Relicta quondam domini Jacobi de Novate, civitatis Mediolani, porte nove, rediit coram suprascripto fratre Guidone inquisitore ut supra, et suo sacramento dixit quod a paschate proximo preterito citra fuit in loco, ubi soror Mayfreda de Pirovano paravit se ad modum sacerdotis, et fecit parari unum discum ad modum altaris, et habuit calicem et hostiam et aquam

et vinum, et posuit in calice et dixit missam, et in fine dedit benedictionem, et Andreas Saramita dixit evangelium cum dalmatica una. Item dixit dicta domina Dionese quod ibi erant presentes domine Margarita de Novate, et Sibilia de Malcolzatis, et Biancha famula dicte domine Sibilie, et tres humiliate, que stabant cum dicta sorore Mayfreda, et Albertonus de Novate et Franceschinus Malcolzatus et Simoninus Collionus et Otorinus de Garbagniate et Philixinus Karentanus. Item dixit dicta domina Dionese, quod ipsa fuit pluribus vicibus ubi dicta soror Mayfreda benedixit hostias et dedit devotis suis suprascripsit. Item dixit dicta domina Dionese quod ipsa fuit una vice ad domum Conradi de Coppa, super quadam lobia ad unum convivium, ipso Conrado absente et nesciente, et ibi erant presentes dicta soror Mayfreda et soror Flordebellina de Saramitis, et domina Bellacara uxor Bonadei Karentani, et domine Felix et Johana et Jacoba filie dicti Bonadei, et domine Sibilia de Malcolzatis et Flox de Lovis sive de Canturio et Aydelina et Andreas Saramita et magister Beltramus de Ferno et Franceschinus de Garbagniate et Franceschinus Malcolzatus et Filixinus Karentanus et Albertonus de Novate et Symoninus Colionus; et dicta soror Mayfreda tunc benedixit hostias et dedit de illis hostiis omnibus predictis. Item dixit dicta domina Dionese quod ipsa fuit alia vice cum predictis sorore Mayfreda et dominabus Sibilia et Aydelina, et Margarita de Novate, et cum predictis Andrea Saramita et magistro Beltramo et Albertono de Novate, et Symonino et Franceschino Malcolzato et aliis pluribus in quodam convivio sancto ad cassam illorum de Novate, et dicta soror Mayfreda (benedixit) tunc hostias et comunicavit omnes predictos et predictas, de illis hostiis. Actum in ecclesia sancti Eustorgii fratrum predicatorum de Mediolano, coram suprascripto fratre Guidone inquisitore. Interfuerunt ibi testes vocati et rogati fratres Philippus de Melzo, et Emanuel de Vale, ambo ordinis predicatorum, die sabbati tertio mensis septembris .MCCC. indictione XIIII, traditum per Beltramum Salvagnium notarium.

Aydelina uxor Stephani de Crimella, civitatis Mediolani porte ticinensis, coram suprascripto fratre Guidone inquisitore, et interrogata ab ipso inquisitore sub juramento et penis, quibus

tenetur officio obligata, si unquam fuit ad aliquam missam, quam diceret soror Mayfreda de Pirovano, respondit quod non, sed dixit quod ipsa bene fuit ubi ipsa soror Mayfreda benedicebat hostias et comunicabat ipsam Aydelinam et de aliis devotis sancte Guillelme. Item dixit dicta Aydelina quod semel fuit in quodam convivio facto ad cassam illorum de Novate, et ibi erant predicti et predicte, quos et quas suprascripta domina Dionese dixit in suprascripto dicto suo fuisse ad convivium ad ipsam cassam. Item dixit dicta Aydelina quod ipsa fuit ad convivium factum ad domum Conradi de Coppa, ipso Conrado absente et nesciente, et erant ibi predicta soror Mayfreda et soror Flordebellina de Saramitis et omnes alii et alie, quos et quas dicta domina Dionese nominavit in suprascripto dicto suo fuisse ad domum suprascripti Conradi. Actum in suprascripta ecclesia coram suprascripto inquisitore, presentibus suprascriptis testibus, suprascripto anno et die, traditum per predictum notarium.

Franciscus filius domini Gasparri de Garbagniate, civitalis Mediolani Burgi porte Cumensis foris, venit coram suprascripto fratre Guidone inquisitore. Qui Franciscus suo juramento dixit quod recordatus est, quod ipse audivit a sorore Mayfreda de Pirovano et ab Andrea Saramita quod Guillelma, que sepulta erat apud monasterium Clarevalis, dum viveret, dixerat eisdem sorori Mayfrede et Andree, quod ab anno curente MCCLXII citra non fuerat sacrificatum nec consacratum corpus Christi solum sed cum corpore spiritus sancti quod erat ipsa Guillelma. Unde dicebat ipsa Guillelma quod non curabat videre corpus Christi nec sacrificium; quia ipsa videret se ipsam, et dixit dictus Franciscus quod ipse non recordatur si aliqui erant tunc presentes, sed bene credit dictus testis quod ipsi Andreas et soror Mayfreda dixerunt illud aliis devotis dicte Guillelme, sicut ipsi dixerunt dicto Francischo testi. Actum Mediolani in domo fratrum predicatorum in camera, ubi fit officium inquisitionis heretice pravitatis coram suprascripto fratre Guidone inquisitore. Interfuerunt ibi testes vocati et rogati fratres Federicus de Benadigio et Ambrosius Poronus, ambo ordinis predicatorum, die veneris, VIIII. mensis septembris MCCC. indictione XIIII.

Domina Ricadona uxor quondam Andree Saramitte civitatis

Mediolani burgi porte Cumensis foris, citata per Balzarrum de Monteorfano servitorem comunis Mediolani et officii inquisitionis heretice pravitatis, de mandato et procura fratris Guidonis de Cochenato ordinis predicatorum inquisitoris heretice pravitatis comparuit coram suprascripto fratre Guidone et abjuravit omnem heresim, credentiam, favorem, defensionem, receptationem hereticorum, et juravit dicere veritatem de se et de aliis sub pena librarum .XXV. imperialium et cetera in omnibus et per omnia secundum modum et formam officii inquisitionis sibi dilligenter expositam et expressam. Actum Mediolani in ecclesia sancti Eustorgii fratrum predicatorum, coram dicto fratre Guidone inquisitore. Interfuerunt ibi testes vocati et rogati, fratres Albertus Corbella et Beltramus Moronus, ambo ordinis predicatorum MCCC die veneris, VIIII. mensis septembris, indictione XIIII^a traditum per Beltramum Salvagnium civitatis Mediolani porte nove, notarium officii inquisitionis heretice pravitatis.

Interrogata dicta domina Ricadona a suprascripto fratre Guidone inquisitore sub debito prestiti juramenti et penis, quibus tenetur et est inquisitionis officio obligata, si Andreas Saramita, quondam maritus ipsius, unquam dixit sibi quod Guillelma, que sepulta erat apud monasterium Clarevalis, esset spiritus sanctus, respondit quod ipsa nunquam credidit hoc, nec ipse quidam Andreas nec aliqua alia persona unquam dixit sibi hoc. Interrogata si dictus quidam Andreas vel aliqua alia persona unquam dixit ipsi domine Ricadone, quod dicta Guillelma deberet resurgere ante generalem resurrectionem, et quod ipsa deberet ascendere in celum visibiliter cum corpore, videntibus devotis suis, et mittere eis spiritum sanctum, et quod « per » ipsam Guillelmam Judei et Pagani deberent reddimi et salvari; et quod deberet dimittere sororem Mayfredam de Pirovano suum vicarium in terra sicut Christus dimisit beatum Petrum apostolum suum vicarium, ad omnia et singula, respondit non. Interrogata ipsa domina Ricadona si credit quod dictus quondam Andreas et soror Flordebellina, filia dicte domine Ricadone et dicti quondam Andree, vel aliquis eorum dixissent aliquid quod non esset verum contra ipsam dominam testem, respondit quod ipsa credit quod predicti Andreas et soror Flordebellina bene dicerent id quod non esset

verum contra ipsam dominam Ricadonam pro fatiendo displicere sibi. Interrogata quantum vinum erat in domo sua et dicti Andree quando ipse Andreas fuit captus et detentus per inquisitores, respondit quod in illa domo erant tunc plaustra quatuor vini in duobus vassellis, quod vinum erat Albertoni de Novate secundum quod ipsa testis audivit; quod dictum vero vinum vendidit Symoninus Colionus. Interrogata ipsa testis si fuit ad domum Guillelmi Cutice, ubi dicta soror Mayfreda habitabat cum aliis sororibus, respondit, quod ipsa bene fuit ibi ter, et dixit quod semel comedit ibi cum uxore dicti Symonini et cum dicta sorore Flordebellina, sed dicta soror Mayfreda non erat secum in mensa, sed erat in una domo cum aliis personis. Interrogata si ipsa scit quod alique res fuerunt exportate vel fugate per aliquam personam de domo predicti quondam Andree postquam fuit detentus ut supra, respondit quod non, nisi quod ipsa testis et amici sui fecerunt exportari de illa domo lectum suum propter timorem comunis Mediolani, sed bene fecit postea reportari illum (sic)lectum in dicta domo. Actum Mediolani in dicta ecclesia ut supra, coram suprascripto inquisitore. Interfuerunt ibi testes vocati et rogati fratres Stephanus de Vicomercato et Federicus de Benadigio, ambo ordinis predicatorum, suprascripto anno et indictione et die, traditum per suprascriptum Beltramum Salvagnium notarium dicti officii.

Alegrantia uxor Johanis Perusii, civitatis Mediolani, porte Romane, comparuit coram suprascripto fratre Raynerio de Pirovano inquisitore ut supra. Et dixit sub debito prestiti juramenti, quod ipsa recordatur quod possunt esse anni sex vel septem vel idcirca, quod ipsa Alegrantia fuit in domo magistri Jacobi de Ferno, in qua domo fuerunt et erant presentes dictus magister Jacobus et ser Danisius Cotta et Johanes Perurius, maritus dicte testis, et Stephanus de Crimella et Andreas Saramita et presbiter Miranus, et domina Carabella uxor quondam ser Amizonis Toscani, et una sotia sororis Mayfrede de Pirovano, et ipsa soror Mayfreda et Aydelina et sedebant in prandio sub porticu domus dicti magistri Jacobi, et post dictum prandium iverunt omnes suprascripti in quandam cameram domus predicti magistri Jacobi, que cohoperta erat de paleis, et in dicta ca-

mera coram omnibus suprascriptis personis predicta soror Mayfreda dixit quod domina sancta Guillelma dixerat sibi Mayfrede quod deberet dicere omnibus suprascriptis personis, que ibi presentes erant, quod ipsa erat spiritus sanctus verus deus et verus homo. Ita quod omnes predicti essent inexcusabiles in die judicii quando comparerent coram ea. Et predicta verba dicebat dicta soror Mayfreda addendo; sit de me quicquid esse potest. Item dixit dicta Alegrantia quod ipsa recordatur quod predicta domina Carabella tunc in dicta domo sedebat super mantellum suum, et quando ipsa surrexit, invenit quod in fibialia sive corda mantelli sui erant facti tres gruppi, qui ante non erant in dicta fibialia, et fuit de hoc admiratio et murmuratio inter eos. Et credebant plures ex eis et ipsa testis quod fuisset magnum miraculum. Item dixit dicta Alegrantia quod tunc quando predicta Mayfreda dicebat quod dicta Guillelma erat spiritus sanctus, Aydelina predicta tunc respondit quod bene hoc credebat, et quod credebat quod haberet illam carnem in corpore, que crucifixa fuit cum Christo. Et de hoc dictus Stephanus de Crimella vir suus multum reprehendit eam Aydelinam. Interrogata dicta Alegrantia per suprascriptum inquisitorem si unquam accusavit Andream vel sororem Mayfredam, vel scit quod aliqua persona accusaverit de predictis erroribus, quos docebant et credebant, alicui inquisitori, respondit et dixit quod possunt esse anni .XVI. vel circa quod ipsa testis et predicta Carabella dixerunt predicta domine Belleflori matri fratris Anrici de Nova, et ipsa domina Belleflox notificavit predicta fratri Mayfredo de Dovaria tunc inquisitori, ut ipsa credit. Et tunc dictus frater Mayfredus inquisitor misit pro predicta sorore Mayfreda et pro Andrea Saramita et pro matre dicti Andree et pro quadam sua sorore, et pro domina Bellacara de Carentanis, et fecit eos et eas jurare. Que quidem Alegrantia testis et Carabella audiverant ab Andrea Saramita, quod predicta Guillelma erat spiritus sanctus et deus, non autem tunc audiverunt predicta a dicta sorore Mayfreda. Item dixit ipsa testis quod dicta soror Mayfreda frequenter et diversis temporibus et vicibus dicebat ipsi Alegrantie testi in presentia predicte Carabelle et aliarum personarum, que ibi X erant, quod dicta Guillelma erat deus et verus spiritus sanctus. Item dixit quod dicta

Carabella bene sciebat et ab eis audiverat quod predicti Andreas et soror Mayfreda de Pirovano dicebant et credebant quod dicta Guillelma erat spiritus sanctus et verus deus. Interrogata quantum tempus est quod primo audivit quod dicta Guillelma erat spiritus sanctus et verus deus. Respondit et dixit quod possunt esse anni .XXIIII.^{or} vel circa. quod ipsa primo hoc audivit ab Andrea Saramita predicto. Et tunc ipsa testis ivit ad dictam Guillelmam, que tunc vivebat, et retulit ei quo modo predictus Andreas dixerat sibi quod ipsa erat spiritus sanctus. Et ipsa Guillelma respondit ei testi quod ipsa habebat hoc pro malo, et quod ipsa erat vilis femina et vilis vermis. Interrogata si postquam audivit a dictis Andrea et sorore Mayfreda, quod ipsa Guillelma erat spiritus sanctus, et quod ita credebant et dicebant, dedit eisdem Andree et sorori Mayfrede suum auxilium consilium et favorem, et si fuit in festivitatibus celebratis in venerationem predicte Guillelme, respondit et dixit, quod semper vel quasi semper ipsa testis et predicta Carabella interfuit festivitatibus, congregationibus et conviviis factis per ipsum Andream et sotios suos in venerationem predicte Guillelme, quam dicebant spiritum sanctum, eundo cum predictis Andrea et sotiis suis ad festum et solempnitatem dicte Guillelme, et spetialis familiaris fuit postea predicte sororis Mayfrede, et sepe visitavit eam in domo de Blassono. Et dixit ipsa testis quod ipsa dedit jam sunt anni tres steros duos frumenti omni anno pro conviviis, que fatiebat dictus Andreas et alii sotii sui, qui erat de devotione et congregatione predicte Guillelme, de quo frumento dictus Andreas fatiebat fieri panem, quem postea dabat dicte Carabelle in cuius domo fiebant dicta convivia. Actum Mediolani in ecclesia sancti Eustorgii fratrum predícatorum, coram suprascripto inquisitore. Interfuerunt ibi testes vocati et rogati fratres Guizardus de Lixono et Guillelmus de Vicomercato conversus ambo ordinis predicatorum .MCCC. die lune .XVIIII. mensis septembris indictione .XIIII.^{a} traditum per Beltramum Salvagnium notarium officii inquisitionis.

Magister Jacobus de Ferno fixicus, civitatis Mediolani, porte Vercelline citatus comparuit coram suprascripto fratre Raynerio de Pirovano inquisitore ut supra, dicens sub debito juramenti

per eum prestiti, quod jam sunt anni septem et plus, quod cum ipse esset in prandio in domo sua sub porticu una cum ser Danisio Cotta et Andrea Saramita et presbitero Mirano et Stephano de Crimella et Johane Perusio et Amizone Toscano, supervenerunt tunc soror Mayfreda de Pirovano cum una humiliata sotia sua, et Carabella de Toscanis et Alegrantia de Perusiis et Aydelina, uxor Stephani de Crimella, et post illud prandium omnes predicti intraverunt cameram quandam dicte domus cohopertam de palea. Et tunc predicta soror Mayfreda stans inter omnes suprascriptas personas in dicta camera dixit omnibus ibi tunc presentibus; domina nostra, loquens de sancta Guillelma, dixit mihi quod debeam vobis dicere quedam verba, que non dico vobis libenter; quia credo quod erunt hic multi Thome, idest multi increduli, tamen, quia sibi placet, dicam ea vobis. Ipsa mihi dixit quod debeam vobis dicere et annuntiare quod ipsa est spiritus sanctus, et dicta Aydelina tunc respondit: bene credo quod ipsa Guillelma sit spiritus sanctus, et quod ipsa habeat illam carnem, que crucifixa fuit in corpore Christi super crucem. Et dictus Stephanus de Crimella maritus dicte Aydeline multum reprehendit eam Aydelinam de illis verbis. Item dixit dictus magister Jacobus quod credit quod predicta Carabella bene sciebat quod dictus Andreas et dicta soror Mayfreda credebant quod predicta Guillelma erat spiritus sanctus. Interrogatus quare hoc credit, respondit et dixit propter predicta, que dixit dicta Mayfreda in predicta camera coram suprascripsit personis; et quia Andreas predictus et dicta soror Mayfreda conquesti fuerunt sibi testi, quod predicta Carabella et dicta Alegrantia de Perusiis accusaverant predictos Andream et sororem Mayfredam apud inquisitorem jam sunt anni .XVII. vel id circa, quod ipsi Andreas et soror Mayfreda dicerent et crederent quod dicta Guillelma erat spiritus sanctus; et quia dicta Carabella frequenter et a multis temporibus utebatur et secrete et familiariter conversabatur cum predictis Andrea et sorore Mayfreda; et quia in domo ipsius Carabelle fiebant convivia et deposita paramentorum et cereorum pro veneratione ipsius Guillelme et congregationes ipsius Andree et aliorum sotiorum suorum, qui erant de conventicula et congregatione devotorum ipsius Guillelme; et quia frequenter cum

cereis visitabat supulcrum predicte Guillelme cum predicto Andrea et cum aliis sotiis suis. Et a quinque mensibus citra dixit ipse magister Jacobus quod dicta Carabella fecit portari turtam unam et panem ad domum Guillelmi Cutice, ubi stabat dicta soror Mayfreda, et fecit eam presentari illi sorori Mayfrede, de qua turta dicta soror Mayfreda misit unam partem ad domum ipsius magistri Jacobi testis. Et dicta Carabella comedit tunc cum dicta sorore Mayfreda, sed ipse testis non fuit tunc presens in dicta domo nec in prandio. Actum Mediolani in domo fratrum predicatorum, in camera, ubi fit officium inquisitionis heretice pravitatis, coram suprascripto fratre Raynerio inquisitore. Interfuerunt ibi testes vocati et rogati fratres Guizardus de Lixono et Petrus de Polla, ambo ordinis predicatorum .MCCC. die lune .XVIIII. mensis septembris, indictione .XIIII.[a] traditum per Beltramum Salvagnium porte nove notarium officii inquisitionis heretice pravitatis.

Stephanus filius quondam Zanebelli de Crimella civitatis Mediolani porte ticinensis, citatus comparuit coram suprascripto fratre Raynerio de Pirovano inquisitore ut supra, et abiuravit omnem heresim, credentiam, favorem, receptationem et defensionem heretice pravitatis, et juravit dicere veritatem de se et de aliis, et stare mandatis ecclesie et inquisitorum sub pena librarum .XXV. imperialium, quam penam totiens incurrat et cetera, et renuntiavit et se obligavit in omnibus et per omnia secundum modum et formam officii inquisitionis sibi diligenter expositam et expressam. Actum Mediolani in domo fratrum predicatorum in camera, ubi fit officium inquisitionis heretice pravitatis, coram suprascripto fratre Raynerio inquisitore. Interfuerunt ibi testes vocati et rogati fratres Ardicus Gambarus et Ambrosius Poronus, ambo ordinis predicatorum, suprascripto anno et indictione, die mercurii .XXI. mensis septembris. Traditum per suprascriptum Beltramum notarium.

Interrogatus dictus Stephanus a suprascripto fratre Raynerio inquisitore sub juramento et pena, quibus tenetur et est inquisitionis officio obligatus, si fuit in quodam convivio celebrato in domo magistri Jacobi de Ferno per devotos et fideles et illos, qui sunt de congregatione, conventiculo et credentia sancte Guil-

lelme, respondit et dixit quod sic. Et possunt esse anni .X. vel circa, secundum quod ipse credit. In quo quidem convivio, ut dicit ipse Stephanus, fuerunt presentes predictus magister Jacobus et ser Danixius Cotta et Andreas Saramita et Amizo Toscanus, et Johanes Perusius et Marchixius Sichus, qui stat in Clarevale, et presbiter Miranus et quidem presbiter Guillelmus capelanus ecclesie sancti Benedicti porte nove. Et in ipso prandio circa finem supervenerunt soror Mayfreda de Pirovano cum una sua sotia et domina Carabella, uxor dicti Amizonis Toscani, et domina Alegrantia, uxor dicti Johanis Perusii, et domina Aydelina, uxor dicti Stephani de Crimella testis, et domina Bellacara uxor ser Bonadei Karentani et domina Johana uxor Ambrosii de Massallia. Et post dictum prandium sive convivium suprascripti homines et mulieres de sub porticu, in qua comederunt, traxerunt se et intraverunt in quamdam cameram dicte domus tunc cohopertam de paleis, et ibi dicta soror Mayfreda dixit clare et cum multo fervore audientibus qui et que ibi erant, pluries replicando hec verba; domina nostra michi dixit, quod vobis debeam dicere, quod ipsa est spiritus sanctus, et ego vobis dico, licet inter vos sint multi Thome, hoc est increduli, et loquebatur de domina Guillelma. Et dicta Aydelina, uxor ipsius Stephani, tunc respondit: ego bene credo quod ipsa Guillelma sit spiritus sanctus, et ipse Stephanus clamavit super eam et vituperavit eam de ipso verbo quod tunc dixit dicta Aydelina. Et quia ipse Stephanus increpavit dictam Aydelinam uxorem suam de hoc quod dixit, quod ipsa credebat quod dicta Guillelma esset spiritus sanctus, predicta Carabella de Toscanis multum clamavit super ipsum Stephanum et expulerunt eum de dicta camera, ita quod ipse Stephanus nescit quod postea dixerint vel fecerint. Item dixit ipse Stephanus quod multotiens fuit postea cum aliquibus de predictis devotis ipsius Guillelme in diversis conviviis, videlicet in domo dicti magistri Jacobi de Ferno et in domo Conradi de Coppa et in monasterio de Clarevale et in domo dicte Carabelle. Item dixit dictus Stephanus quod ipse fecit postea in honorem et reverentiam dicte Guillelme quatuor dalmaticas sine manicis, et quod recepit in domo sua certos asses de quibus fieri debebant certe bredelle sive gradus ad ascendendum ad

altare dicte Guillelme, ut ibi celebrari posset missa quando dicta Guillelma esset canonizata, ut dicebat dictus Andreas eidem Stephano testi. Item dixit dictus Stephanus quod post illud tempus quod dicta soror Mayfreda dixerat quod ipsa Guillelma erat spiritus sanctus in suprascripta domo magistri Jacobi, ipse Stephanus pluries ivit ad sepulcrum ipsius Guillelme cum candellis et cereis cum predicto Andrea et cum predicta Carabella et aliis qui erant de devotione dicte Guillelme. Interrogatus quis fecit pingi sanctam Guillelmam in ecclesia sancte Eufemie Mediolani, respondit quod nescit, sed dixit quod ipse bene pavit pictorem. Item dixit ipse Stephanus quod tenebat in domo sua navellum unum, in quo tenebat oleum pro illuminatione dicte sancte Guillelme depicte in predicta ecclesia sancte Eufemie, quod oleum mittebat ipsi Stephano dicta soror Mayfreda ut dixit. Item dixit quod ipse fatiebat illuminare dictam picturam sancte Guillelme cum duabus lampadibus suis propriis expensis. Actum Mediolani in domo fratrum predicatorum in camera, ubi fit officium inquisitionis heretice pravitatis, coram suprascripto fratre Raynerio inquisitore. Interfuerunt ibi testes vocati et rogati fratres Emanue (sic) de Vale et Balzarrus de Sexto ambo ordinis predicatorum .MCCC. die mercurii .XXI. mensis septembris, indictione XIIII^a, traditum per Beltramum Salvagnium notarium officii.

Ser Danisius Cotta filius quondam Sarandi Cotte civitatis Mediolani porte nove, citatus per Balzarrum de Monteorfano, servitorem officii inquisitionis, precepto Raynerij de Pirovano ordinis predicatorum inquisitoris heretice pravitatis in Lombardia et Marchia januensi auctoritate sedis apostolice deputati, comparuit coram suprascripto fratre Raynerio inquisitore, et abiuravit omnem heresim, credentiam, favorem, receptationem heretice pravitatis, juravit quoque dicere veritatem de se et de aliis, quos scit et scire poterit peccare in heresi vel etiam peccavisse, et stare mandatis ecclesie et dicti inquisitoris sub pena librarum .XXV. imperialium, quam penam totiens incurrat et cetera. Et renuntiavit et se obligavit in omnibus et per omnia secundum modum et formam officii inquisitionis sibi diligenter expositam et expressam. Actum Mediolani in domo fratrum predicatorum in camera, ubi fit officium inquisitionis heretice pravitatis coram

suprascripto fratre Raynerio inquisitore. Interfuerunt ibi testes vocati et rogati frater Ambrosius Cagarano et frater Ambrosius Poronus, ambo ordinis, suprascripto anno et die, traditum per suprascriptum Beltramum notarium.

Interrogatus dictus ser Danisius Cotta a suprascripto fratre Raynerio de Pirovano inquisitore, sub debito prestiti juramenti et penis, quibus tenetur et est inquisitionis officio obligatus, si fuit in quodam convivio celebrato in domo magistri Jacobi de Ferno, respondit et dixit quod bene fuit in predicto convivio, in quo convivio fuerunt presentes predictus magister Jacobus et ipse ser Danisius et Andreas Saramitta et Amizo Toschanus et Johanes Perusius et presbiter Miranus. Et sedebant sub porticu dicte domus suprascripti magistri Jacobi, et possunt esse anni .X. vel circa, sicut credit, qui omnes suprascripti erant de congregatione et bregata et amici et devote Guillelme sepulte apud monasterium Clarevalis. Et circa finem illius prandii sive convivii supervenerunt ibi domina Alegrantia de Perusiis et domina Carabella de Toscanis, et Aydelina uxor Stephani de Crimella, que omnes similiter erant de predicta congregatione et bregata et amicitia et devotione ipsius Guillelme. Et post dictum prandium sive convivium intraverunt omnes suprascripti et suprascripte in quandam cameram dicte domus cohopertam de paleis. Interrogatus dictus Danisius sub juramento et penis, quibus tenetur officio obligatus, si ibi interfuit soror Mayfreda de Pirovano ordinis humiliatorum, respondit et dixit non quod sciat. Interrogatus quare ipse ser Danisius ibi convenit cum suprascriptis personis, cum quibus nullam habebat affinitatem, parentellam aut vicineam, respondit et dixit quia predicta quedam Guillelma ante mortem suam per paucos dies dixit magistro Jacobo de Ferno et aliis ibi presentibus, qui erant de devotis et amicis dicte quondam Guillelme, quod ipsi deberent se tenere, amare et honorare ad invicem, sicut dictus magister Jacobus dixit ipsi ser Danisio. Et ipse ser Danisius erat unus de familiaribus domesticis et dovotis ipsius quondam Guillelme in vita ipsius Guillelme, et dixit quod ipse nunquâm fuit ita tristis aut desolatus quod, si ipse ivit ad eam, quod non discederet letus et confortatus ab ea. Interrogatus que verba fuerunt dicta in suprascripta

camera, ubi predicti homines et mulieres erant congregati, respondit et dixit quod non recordatur quod dicta fuerint ibi verba inter illos nisi bona. Interrogatus que bona verba, respondit quod nescit. Interrogatus si unquam audivit dici quod predicta quondam Guillelma esset spiritus sanctus, vel si scit aliquam personam, que hoc crederet, diceret vel doceret, respondit ad omnia et singula quod non, nisi postquam dictus Andreas fuit detentus, nec ipse ser Danisius etiam unquam hoc credidit nec credebat nec nunc credit. Interrogatus si fuit in conviviis, congregationibus et festivitatibus factis in devotionem et venerationem predicte quondam Guillelme per ipsius devotos et amicos, respondit quod sic, scilicet in domo suprascripti Amizonis Toscani et Carabelle uxoris eius bis in vita dicti Amizonis, et in domo suprascripti magistri Jacobi pluries, et in Clarevale pluries, in quibus locis comederunt simul, et pluries ipse testis ivit cum cereis ad solempnitatem et sepulcrum dicte quondam Guillelme cum devotis eius. Item dixit ipse ser Danisius quod a die mortis dicte quondam Guillelme non expendit in veneratione dicte Guillelme solidos, XX. tertiolos ultra convivia. Item dixit quod non est doctus tacere veritatem et dicere falsitatem, et dictus inquisitor monuit dictum ser Danisium, ut hinc ad diem dominice proxime possit et debeat corrigere et emendare predictum suum dictum et addere et minuere illi dicto. Item dixit dictus ser Danisius, quod fecit pingi figuram dicte quondam Guillelme in ecclesia fratrum sancte Marie matris Domini extra portam novam, et fecit poni lampadem ante dictam figuram occasione unius sui fratris, qui sepultus est ibi. Actum Mediolani in domo fratrum predicatorum in camera, ubi fit officium inquisitionis heretice pravitatis, coram suprascripto fratre Raynerio inquisitore. Interfuerunt ibi testes vocati et rogati fratres Beltramus de Birago et Ambrosius Poronus, ambo ordinis predicatorum, die mercurii .XXI. mensis septembris .MCCC. indictiene .XIIII.[a] traditum per Beltramum Salvagnium civitatis Mediolani porte nove notarium officii inquisitionis.

Aydelina uxor Stephani de Crimella comparuit coram suprascripto fratre Raynerio de Pirovano inquisitore ut supra, dicens sub debito prestiti juramenti quod recordatur quod ipsa Aydelina

testis fuit in domo magistri Jacobi de Ferno modo possunt esse anni, X. et plus ut credit, in qua domo invenit congregatos in quodam prandio predictum magistrum Jacobum et Andream Saramitam et Stephanum de Crimella maritum huius testis, et Marchisium Sicum, qui stat in Clarevale et Amizonem Toscanum et Johanem Perusium et presbiterum Guillelmum, Capellanum ecclesie sancti Benedicti porte nove, et prespiterum Miranum et ser Danisium Cottam. Et supervenerunt ibi tunc domine Carabella de Toscanis et Alegrantia de Perusiis et Bellacara, uxor Bonadei Karentani, et Johana filia dicti Bonadei, et uxor Ambrosii de Massalia, et soror Mayfreda de Pirovano ordinis humiliatorum cum uua alia humiliata sotia sua domus de Blasono. Et post dictum prandium omnes suprascripti homines et mulieres intraverunt de porticu, ubi comederant, quandam cameram dicte domus cohopertam de paleis. Interrogata dicta Aydelina que verba fuerunt dicta ibi in illa camera, respondit et dixit, quod predicta soror Mayfreda sedens super uno lecto in dicta camera reversavit sibi manicas tunice et traxit eas superius ad brachia, et cum multa alia preparatione et compositione vestium suarum et cum multo spiritu inter alia dixit omnibus suprascriptis ibi presentibus et clare audire valentibus: ego nolebam huc venire et invite veni, quia erunt hic multi Thome, idest multi increduli, et multum murmurabitis de his, que dicam; tamen feci sicut persona que vult obedire. Domina nostra, loquens de sancta Guillelma, apparuit mihi, et dixit mihi quia ego venirem ad vos, et quod vobis omnibus dicerem quod ipsa domina nostra Guillelma est spiritus sanctus. Et ipsa Aydelina tunc statim respondit; ego credo quod ipsa Guillelma sit illa caro, que nata est de beata Virgine, et que crucifixa fuit in cruce in persona Christi. Et predictus Stephanus, vir ipsius Aydeline, statim clamavit multum super eam Aydelinam, et de hoc verbo quod ipsa dixit ipse multum redarguit eam. Interrogata dicta Aydelina si predicta Carabella de Toscanis audivit predicta, respondit et dixit quod dicta Carabella presens erat, et bene audivit et audire potuit predicta, sicut et ipsa Aydelina et quicumque alius, qui ibi erat. Item dixit quod omnes suprascripti homines et mulieres erant de devotione congregatione et conventiculo

predicte Guillelme. Actum Mediolani in ecclesia fratrum predicatorum, coram suprascripto inquisitore. Interfuerunt ibi testes fratres Petrus de Cambiago et Guillelmus de Vicomercato, ambo ordinis predicatorum, suprascripto anno et indictione die jovis .XXII. mensis septembris.

Domina Carabella, uxor quondam ser Amizonis Toscani, civitatis Mediolani porte Romane, citata comparuit coram fratre Raynerio de Pirovano ordinis predicatorum inquisitore ut supra, sub debito prestiti juramenti et penis, quibus tenetur officio obligata, quod recordatur quod ipsa fuit in domo magistri Jacobi de Ferno, ubi erant congregati ad unum prandium predictus magister Jacobus et Andreas Saramita et ser Danisius Cotta et presbiter Miranus et Johanes Perusius et ser Amizo Toscanus, maritus tunc domine Carabelle predicte, et Stephanus presbiter, qui omnes erant de devotione et congregatione domine idest sancte Guillelme. Iterum ibidem fuerunt quasi post dictum prandium ipsa domina Carabella testis et Alegrantia de Perusiis et Aydelina, uxor Stephani de Crimella, et domina Bellacara uxor quondam ser Bonadei Karentani, et supervenit etiam ibi tunc soror Mayfreda de Pirovano ordinis humiliatorum cum una sua sotia, et credit ipsa testis quod illa sotia erat soror Flordebellina filia suprascripti Andree Saramitte, et omnes predicte persone post dictum prandium intraverunt quandam cameram dicte domus, et in dicta camera coram suprascriptis omnibus dicta soror Mayfreda inter cetera dixit: ego habeo vobis aliqua verba, domina nostra apparuit mihi et dixit mihi quod debeam vobis dicere et annuntiare, quod ipsa domina est spiritus sanctus et qui voluerint credere credant, et hoc voluit ut dicerem vobis ut omnes vos sitis inexcusabiles, et tunc dicta Aydelina respondit et dixit quod predicta domina silicet sancta Guillelma sit caro, que crucifixa fuit in Christo super crucem. Et tunc dictus Stephanus, maritus dicte Aydeline, et alii omnes multum clamaverunt super eam et multum reprehenderunt eam de illis verbis, que ipsa Aydelina ibi dixit. Item dixit dicta Carabella quod ipsa recordatur quod Franceschinus Malcolzatus et alii sotij sui cantaverunt semel, et nescit ipsa Carabella si pluries, in domo ipsius Carabelle cantionem factam ad honorem ipsius domine Guillelme, in qua

nominabant ipsam dominam Guillelmam esse spiritum sanctum, presente et audiente ipsa Carabella, et eandem cantionem audivit cantari per predictum Franceschinum et sotios in domo suprascripte Alegrantie de Perusiis, et non recordatur si alibi etiam audiverit predictam cantionem cantari. Interrogata dicta domina Carabella si postquam audivit a dicta sorore Mayfreda, quod ipsa Guillelma erat spiritus sanctus, et si postquam audivit cantari predictas cantiones, in quibus nominabant ipsam Guillelma spiritum sanctum, dedit predictis sorori Mayfrede et aliis devotis predicte Guillelme auxilium, consilium et favorem, vel si fecit eis aliquod servitium, respondit et dixit quod postquam audivit a dicta sorore Mayfreda et ejus sotiis, quod dicta Guillelma erat spiritus sanctus, ipsa Carabella comedit cum dicta sorore Mayfreda in domo Guillelmi Cutice cum dicta Alegrantia de Perusiis et domina Sibilia de Malcolzatis et dicta Aydelina. Item dixit quod comedit cum Andrea Saramita et cum aliis consotiis suis devotis dicte Guillelme in domo suprascripte Alegrantie de Perusiis, et pluries visitavit dictam sororem Mayfredam in domo sororum de Blassono, et fuit sibi familiaris, et in pluribus aliis dedit auxilium et favorem dicte sorori Mayfrede et consotiis et devotis predicte Guillelme visitando sepulcrum dicte Guillelme, et recipiendo deposita cereorum et paramentorum, et parando convivia in domo sua facta per devotos dicte Guillelme. Que quidem omnia fiebant in reverentiam et venerationem et cultum predicte Guillelme. Item dixit dicta domina Carabella quod si ipsa fuisset recordata de predictis, quando alia vice fuit coram inquisitore suprascripto, dixisset et confessa fuisset omnia que modo dixit, sed tunc non recordabatur de predictis, et non fuit tunc requisita de predictis ab ipso inquisitore. Actum Mediolani in ecclesia fratrum predicatorum de Sancto Eustorgio, coram suprascripto fratre Raynerio inquisitore. Interfuerunt ibi testes vocati et rogati fratres Philippus de Melzo et Guillelmus de Vicomercato, ambo ordinis predicatorum, die jovis .XXII. mensis septembris .MCCC. indictione .XIIII, traditum per Beltramum Salvagnium porte nove notarium officii inquisitionis.

Ser Danisius filius quondam domini Sarandi Cotte civitatis Mediolani porte nove comparuit coram suprascripto fratre Ray-

nerio de Pirovano inquisitore, in terrmino sibi assignato per ipsum inquisitorem. Cui ipse inquisitor legit quoddam dictum quod ipse ser Danisius dixit coram suprascripto inquisitore, suprascripto anno, die mercurii proximo preterito. Et interrogatus ab ipso inquisitore si ipse ser Danisius vult aliquod addere diminuere vel mutare predicto suo dicto, respondit et dixit quod recordatur quod cum ipse esset in mensa cum predictis sotiis suis, quos ipse nominavit in predicto suo dicto, soror Mayfreda de Pirovano ordinis humiliatorum supervenit ibi cum una sua sotia et salutavit eos omnes et subiunxit: vos omnes comeditis de uno pane et bibitis de uno vino, sed non estis omnes de uno corde et una voluntate. Interrogatus dictus ser Danisius ab ipso inquisitore quid ipse credit dictam sororem Mayfredam voluisse intelligere per illa verba, respondit et dixit quod ipse credit quod dicta soror Mayfreda voluit dicere et intelligere per verba illa quod non omnes, qui erant ibi in illo convivio, credebant quod Guillelma predicta esset spiritus sanctus, sed aliqui de eis sic credebant, et aliqui ex eis non hoc credebant. Item dixit dictus ser Danisius quod post illud predictum convivium omnes, qui et que ibi erant, intraverunt quandam cameram dicti magistri Jacobi de Ferno in eodem hospitio, et in dicta camera dicta soror Mayfreda dixit, suprascripto ser Danisio presente et presentibus omnibus aliis sotiis suis viris et mulieribus, inter alia verba, quod predicta Guillelma erat spiritus sanctus. Interrogatus quare predicta non dixit in alio suo dicto quod ipse dixit coram dicto inquisitore suprascripto die mercurii, respondit et dixit quod tunc non recordabatur de predictis verbis dictis per ipsam sororem Mayfredam, nec quod ipsa soror Mayfreda fuisset ibi, sed modo recordatur de predictis, quia domina Alegrantia de Perusiis reduxit ipsum ser Danisium in memoria predictorum dictorum per ipsam Mayfredam. Interrogatus dictus ser Danisius ab ipso inquisitore sub juramento et penis, quibus tenetur officio obligatus, si unquam alibi audivit dici ab Andrea Saramita vel aliqua alia persona, vel si sciebat aut credebat quod dicti Andreas et soror Mayfreda et alii de dicta devotione vel secta predicte Guillelme crederent et docerent quod ipsa Guillelma erat spiritus sanctus; respondit et dixit quod ipse

bene audivit dici quod dicta Guillelma erat spiritus sanctus, sed nescit ubi nec a quibus, et hoc solo modo audivit postquam Andreas Saramita hoc anno captus et detentus fuit per inquisitores, et in domo magistri Jacobi de Ferno, in qua celebratum fuit dictum convivium, ubi predicta Mayfreda dixit quod dicta Guillelma erat spiritus sanctus. Interrogatus dictus ser Danisius qui erant illi, qui fuerunt in predicto convivio, qui tunc credebant quod ipsa Guillelma esset spiritus sanctus, ut dicebat eis tunc dicta soror Mayfreda, respondit et dixit quod sine dubio credebat tunc quod dicti Andreas et soror Mayfreda et Aydelina uxor Stephani de Crimella et ser Amizo Toschanus et domina Bellacara, uxor Bonadei Karentani, essent illi qui crederent tunc quod dicebat et credebat predicta soror Mayfreda, videlicet quod predicta Guillelma erat spiritus sanctus. Interrogatus si postquam audivit a dicta sorore Mayfreda quod predicta Guillelma erat spiritus sanctus, et postquam cognovit dictum Andream et suos consotios hoc credere, dedit eis aliquod consilium, auxilium vel favorem, respondit et dixit quod non, nisi sicut dixit supra in alio suo dicto, quod fuit in Clarevale ad venerationem predicte Guillelme et in diversis conviviis factis in diversis locis per devotos ipsius Guillelme. Item dixit ipse ser Danisius quod audivit a magistro Jacobo de Ferno jam sunt plures anni et pluribus vicibus, quod cito appareret et esset una magna solempnitas. Interrogatus ipse ser Danisius quod credebat quod dictus magister Jacobus vellet dicere et intelligere per illa verba, respondit et dixit quia credebat quod illa Guillelma debebat resurgere istis temporibus ante generalem resurrectionem. Item dixit dictus ser Danisius quod audivit a Carmeo de Crema jam sunt anni .XXII. et plures quod per illam Guillelma Judei et Sarraceni deberent venire ad fidem et salvationem. Actum Mediolani in domo fratrum predicatorum in camera, ubi fit officium inquisitionis heretice pravitatis coram suprascripto fratre Raynerio inquisitore. Inter fuerunt ibi testes vocati et rogati fratres Arnulfus Vezus et Crescinus Camozia, ambo ordinis predicatorum, MCCC. die dominico .XXV. mensis septembris, indictione XIIII[a] traditum per suprascriptum Beltramum Salvagnium notarium dicti officii inquisitionis.

Franciscus clericus filius quondam domini Gasparri de Garbagnate, civitatis Mediolani porte Cumensis foris, citatus comparuit coram suprascripto fratre Raynerio de Pirovano inquisitore ut supra, et interrogatus dictus Francischus a suprascripto inquisitore sub juramento et penis, quibus tenetur et est inquisitionis officio obligatus, quod ipse Francischus intelligebat per hoc quod ipse scripsit in quibusdam suis litteris, videlicet sciatis quod sum sanus et illaris, quod de vobis et domino meo domino vicario totaque eius familia cupio audire, respondit et dixit quod per illum suum dominum vicarium intelligebat sororem Mayfredam de Pirovano ordinis humiliatorum, quam ipse Francischus credebat debere esse vicarium in terra Guillelme, que sepulta fuit apud monasterium Clarevalis. Quam quidem Guillelmam ipse dicebat et credebat esse spiritum sanctum, sicut ipse Francischus credit se dixisse et confessus fuisse coram inquisitoribus in alio dicto suo. Per totam familiam intelligebat omnes illos et illas, qui et que erant de conventiculo et congregatione et devotione dicte Guillelme. Item dixit dictus Francischus quod ipse emit unum drapum pulcherrimum per libras quinque et solidos decem de grossis, et unam toaliam deauratam pro calice, pro pretio solidorum novem de grossis. Item dixit quod ipse emit unam toaliam octo brachiorum vel idcirca de sita alba laboratam de auro et sita rubea in utroque capite, pro pretio librarum trium et solidorum quinque de grossis. Item dixit quod ipse emit unum drapum ultramarinum vergatum de sita et auro pro pretio solidorum viginti quinque vel viginti septem de grossis; que quidem omnia emit ad cultum et venerationem predicte Guillelme sive spiritus sancti. Item dixit quod pro domine dei gratie, quod scripsit in salutatione quarundam aliarum suarum litterarum, intelligebat sororem Mayfredam de Pirovano et pro primo unigenito, quod in eadem salutatione continetur, intelligebat Andream Saramitam, qui Andreas primo instructus fuit ab ipsa Guillelma in credentia predictorum errorum, et ideo dicta Guillelma appellabat ipsum Andream primogenitum, ut dicebat dicta soror Mayfreda dicto Francischo. Item dixit ipse Francischus, quod preter illos et illas quos et quas nominavit in quodam alio dicto suo scripto per Mayfredum de Cera notarium officii, die

dominico, XXIIII mensis augusti proximo preterito, quos et quas dixit fuisse de credentia suprascripte Guillelme et errorum eius, erant infrascripte persone, videlicet soror Petra antiqua soror domus humiliatarum de Blassono Mediolani, et Beltraminus et Maxinus fratres filii Ambrosii de Massallia, et Paraclitollus filius magistri Jacobi de Ferno, et domina Contessa, que stat ad Fontegium, et Biancha serviens domine Sibilie de Malcolzatis, et domina Petra uxor quondam domini Mirani de Garbagniate, et quondam Cara uxor fratris Girardi de Novazano tertii ordinis, et domina Ricadona, mater quondam Andree Saramite, et soror Melior, soror dicti Andree, et domina Bononia quondam mater Simonis Montenarij. Item dixit ipse Francischus quod per .XV. dies et plus ante istam citationem venit coram fratre Guidone inquisitore, et voluit dicere coram ipso omnia suprascripta, que modo addidit primo dicto suo, sed ipse frater Guido inquisitor non curavit audire, sed dixit quod sciebat omnia predicta. Item dixit dictus Francischus, quod ipse fecit duas cantiones ad honorem dicte Guillelme, idest spiritus sancti, in quibus ipse Francischus nominabat ipsam Guillelmam spiritum sanctum; quas cantiones vel alias domina Karabella de Toschanis petebat quod predictus Francischus cantaret coram ea. Actum Mediolani in domo fratum predicatorum in camera, ubi fit officium inquisitionis heretice pravitatis, coram suprascripto fratre Raynerio inquisitore. Interfuerunt ibi testes vocati et rogati fratres Anricus de Rippa et Emanuel de Vale et Conradus de Martinonis, omnes ordinis fratrum predicatorum, millesimo trecentesimo, die mercurii, V, mensis octubris, indictione quartadecima, traditum per Beltramum Salvagnium civitatis Mediolani porte nove, notarium officii inquisitionis heretice pravitatis.

NOTIZIE DELLE SCOPERTE DI ANTICHITÀ

DEL MESE DI AGOSTO 1899.

Il Socio BARNABEI, direttore generale delle antichità e delle belle arti, riassume nel modo che segue le *Notizie* sulle scoperte di antichità, delle quali fu informato il Ministero durante lo scorso mese di agosto.

REGIONE IX (*Liguria*).

Nel campo detto s. Stefano a Moncalvo, nel circondario di Casale Monferrato, furono casualmente scoperte alcune tombe, di età barbarica, scavate nel terreno vergine, ed una soltanto costruita con rozze scheggie di pietra marnosa e coperta con lastre della medesima pietra. Contenevano i soli scheletri, tranne quella con copertura a lastre, in cui si trovò una spada di ferro, guasta dall'ossido.

A non molta distanza dal luogo di queste scoperte furono esplorate nel 1880 altre tombe pure di età barbarica, che restituirono armi simili a quelle della ormai famosa necropoli di Testona.

REGIONE VII (*Etruria*).

Nella località detta Poggio Aquilone, nel comune di Marsciano, eseguendosi lavori agricoli si scoprì una tomba ad umazione che conservava uno scheletro circondato da armi di selce e di rame. Sono di singolare importanza, e per la forma e per la conservazione, un pugnale di selce rossa, di accurato lavoro a fini

ritocchi; una lunga lama di coltello, di selce rossa, leggermente arcuata; un martello litico, forato. Tra questi oggetti erano anche un'ascia piatta di rame assai pesante ed un magnifico pugnale, di forma triangolare, pure di rame, munito di fori per la immanicatura.

Roma.

Continuarono gli scavi nell'area del Foro Romano, tra la Curia e il tempio di Antonino e Faustina, e fu rimessa a luce una base di marmo, adoperata come materiale da costruzione e capovolta. Vi è incisa un'epigrafe votiva alla dea Vienna, posta da un tal Nigidio Paterno, che sostenne la carica di duumviro nel municipio, in cui aveva offerto alla dea il suo donativo. Questo marmo fu perciò trasportato a Roma, come tante altre iscrizioni municipali, dalle regioni circonvicine. Si scoprirono inoltre: un titolo votivo a Vesta, per la salute dell'imperatore Caracalla (a. 213); un piedistallo marmoreo con la menzione del prefetto di Roma Petronio Massimo; e varie altre iscrizioni e frammenti di minor conto.

Nei lavori per la costruzione del collettore, sulla sponda sinistra del Tevere, dietro alla basilica di s. Paolo, tornarono a luce altre iscrizioni spettanti a sepolcri che fiancheggiavano, in quel punto, la via Ostiense.

Regione I (*Latium et Campania*).

In Pompei proseguirono gli scavi a mezzogiorno della Basilica, e tra le terre e le ceneri si raccolsero alcune lucerne fittili, molte ossa di animali, frammenti di vasi rustici, una maschera muliebre, di terracotta, per decorazione di una gronda, ed alcune monete.

Nella contrada Setari, in territorio di Boscotrecase, l'on. Vincenzo De Prisco iniziò alcuni sterri che posero allo scoperto diversi ambienti rustici, spettanti ad un suburbano pompeiano. Nel pistrino fu trovato, ancora a posto, la mola presso la quale si raccolse una pala circolare, di ferro, che venne adoperata certamente per infornare i pani.

Gli oggetti più notevoli, rinvenuti tra quelle rovine, sono: un vaso di bronzo, a due anse, un suggello rettangolare, di bronzo, col nome del proprietario Lucio Acellio Successo, una casseruola con tracce di inargentatura.

Regione IV (*Samnium et Sabina*).

Una tomba rettangolare di pietre calcari, con fondo a tegoloni, e contenente il solo scheletro, tornò casualmente a luce nella parte alta dell'abitato di Vittorito, e precisamente nel sito denominato piano di s. Maria. Tra le pietre di rivestimento dalla tomba ve ne erano due che riunite presentano un titolo latino, tolto da altro sepolcro per adoperarlo come semplice materiale di costruzione.

Regione II (*Apulia*).

Una grande oinochoe scoperta nella necropoli Canosina, e meritevole di speciale considerazione per il procedimento tecnico con cui venne adornata, fu aggiunta alle raccolte vasculari fittili del Museo Nazionale di Napoli. Vi è rappresentata una quadriga, guidata da una figura muliebre, preceduta da un Nike; e queste figure, contornate di colore oscuro, campeggiano su fondo roseo.

Altre tombe della necropoli tarantina, si scoprirono in occasione di lavori di sterro nel R. Arsenale di Taranto, dove cioè tornarono a luce i sepolcri descritti nelle *Notizie* 1897, pag. 466 sgg. Un ripostiglio di 464 monete d'argento fu recuperato in occasione di sterri che si praticarono al Borgo Nuovo, nei terreni di proprietà del sig. Carlo Cacace. Vi si scoprirono anche sette pozzi antichi, scavati nella roccia, in uno dei quali contenevasi un grande scarico di terrecotte, cioè maschere virili e muliebri, piccole basi, e busti. Gli stessi lavori nel Borgo Nuovo fecero riconoscere una parte della necropoli tarantina, abbastanza arcaica, senza tumulazioni posteriori, ma già violata in antico.

OPERE PERVENUTE IN DONO ALL' ACCADEMIA
dal 21 agosto al 17 settembre 1899.

Annuaire Statistique de la ville de Buénos-Ayres. VIIIe année. Buénos-Ayres, 1899. 8°.

Batka R. — Altnordische Stoffe und Studien in Deutschland. Wien, 1899. 8°.

Dagh-Register gehonden int Casteel Batavia vant passerende daer ter plaetse als over geheel Nederlandts-India. Anno 1631-1634. 'S Gravenhage, 1898. 4°.

Deutsche (Die) Karl-Ferdinands-Universität in Prag unter der Regierung seiner Majestät des Kaisers Franz Josef I. Prag, 1899. 4°.

Greene Ch. S. — The University of California. Berkeley, 1898. 4°.

Guidi di Filomeno E. — L' innocente. Comedia pesarese in un atto. Verona, 1899. 8°.

Haeckel E. — Die Welträthsel. Bonn, 1899. 8°.

Heermann N. — Rosemberg'sche Chronik herausg. v. Dr. M. Klimesch. Prag, 1898. 8°.

Mc Gilvary E. B. — The principle and the Method of the Hegelian Dialectic. Part I, II. Berkeley, 1897. 8°.

Monumenta Tridentina. Beiträge zur Geschichte des Concils von Trient, begonnen von A. Druffel fortg. von K. Brandi. H. IV, V. München, 1897-99. 4°.

Perotti N. — Nettuno e il suo clima. Foligno, 1899. 8°.

Sveriges offentlige Bibliotek Stockholm, Upsala, Lund, Göteborg. Accessions-Katalog 13, 1898. Stockholm, 1899. 8°.

Thomsen V. — Remarques sur la parenté de la langue étrusque. Copenhague, 1899. 8°.

Weinzierl R. v. — Das La Tène-Grabfeld von Langugest bei Bilin in Böhmen. Braunschweig, 1899. 4°.

IL PROCESSO DEI GUGLIELMITI

Quarta Nota del Socio F. Tocco.

Quaternus imbriviaturarum Beltrami Salvagnij, civit. Mediolani, porte Nove notarij officij Inquisitionis factarum coram Inquisitoribus heretice pravitatis.

In nomine domini amen. Anno a nativitate ejusdem millesimo trecentesimo, die mercurij quinto mensis octubris, indictione quartadecima, coram fratribus Guidone de Cochenate et Raynerio de Pirovano ordinis predicatorum inquisitoribus heretice pravitatis in Lombardia et Marchia januensi auctoritate sedis apostolice deputatis, dixit et protestatus fuit Balzarrus de Monteorfano publicus servitor comunis Mediolani et officii inquisitionis heretice pravitatis, se de mandato dictorum inquisitorum ivisse die martis proximo preterito ad domos habitationis Francischi Clerici filii domini Gasparri de Garbagniate, et Franceschini filii quondam domini Beltrami Malcolzati, et precepisse dicto Francischo de Garbagniate in propria persona et domine Sibillie matri dicti Franceschini Malcolzati nomine ipsius Franceschini, precepto suprascriptorum inquisitorum ut ipsi et quilibet eorum suprascripto die martis ante horam vesperarum compareant coram suprascriptis inquisitoribus.

domina Sibilia uxor quondam domini Beltrami Malcolzati, civitatis Mediolani, porte nove, venit coram fratre Raynerio de Pirovano ordinis predicatorum inquisitore heretice pravitatis in

Lombardia et Marchia Januensi auctoritate deputato, et juravit de parendis mandatis ecclesie et dicti inquisitoris et aliorum inquisitorum, et dicere veritatem de se et de aliis et cetera, secundum modum et formam officii inquisitionis sibi diligenter expositam et expressam. Actum Mediolani in ecclesia sancti Eustorgii fratrum predicatorum, coram suprascripto fratre Rainerio inquisitore. Interfuerunt ibi testes vocati et rogati frater Lafranchus de Amizis de Pergamo inquisitor, et frater Philippus de Melzo, ambo ordinis predicatorum, et domini Baxanus et Finatius fratres filii quondam domini Aliprandi de Mandello, ambo civitatis Mediolani. Suprascripto anno et indictione die jovis sexto mensis octubris, traditum per Beltramum Salvagnium civitatis mediolani, porte nove, notarium officii inquisitionis heretice pravitatis.

Suprascripta domina Sibilia de Malcolzatis pronuntiata excomunicata tamquam credens et fautrix hereticorum per fratres Guidonem de Cochenato et Raynerium de Pirovano ordinis predicatorum inquisitores heretice pravitatis et cetera ut supra, comparuit coram suprascripto fratre Raynerio inquisitore, rogans et supplicans, quatenus ipsam absolveret a vinculo excomunicationis, quam incurisset occasione alicujus heresis vel favoris heretice pravitatis, et spetialiter false doctrine sororis Mayfrede de Pirovano et Andre (sic) Saramitte. Unde ipse frater Raynerius inquisitor ut supra ejus precibus condescendens recepto prius juramento de parendis mandatis ecclesie et dicti inquisitoris et aliorum inquisitorum, salvis aliis juramentis et obligationibus per eam alias factis coram inquisitoribus, absolvit eam dominam Sibilliam ab omni vinculo excomunicationis, tantum et de confessis solum, et restituit eam sacramentis ecclesie, et precepit dictus frater Raynerius inquisitor suprascripte domine Sibillie ut omnia et singula, que in suis abiurationibus promissionibus et obligationibus per eam factis coram inquisitoribus hereticorum, et precepta sibi facta et de cetero fatienda per ipsum inquisitorem vel alios inquisitores debeat integre servare et non contravenire; alioquin si contrarium faceret ex certa scientia in aliquo capitulo, in eandem sententiam excomunicationis, in qua ante istam absolutionem erat, recideret ipso facto; cum ex hoc appareat contrafatientem non vere

fuisse conversam, sed ficte et simulate jurasse et abjurasse. Actum Mediolani in suprascripta ecclesia, coram predicto fratre Raynerio inquisitore, presentibus suprascriptis testibus, suprascripto anno et die et indictione, traditum per suprascriptum notarium.

Domina Catella uxor domini Leonis Oldegardi, domina Petra uxor domini Thomaxii Oldegardi, civitatis Mediolani, porte nove, citate per Balzarrum de Monteorfano, servitorem comunis Mediolani et officij inquisitionis de mandato fratris Guidonis de Cochenato, ordinis predicatorum inquisitoris heretice pravitatis in Lombardia et Marchia januensi auctoritate sedis apostolice deputati, comparuerunt coram fratre Raynerio de Pirovano predicti ordinis similiter inquisitore, et abjuraverunt omnem heresim, credentiam, favorem et receptationem et defensionem heretice pravitatis cujuscumque secte. Et juraverunt dicere veritatem de se et de aliis et cetera. Et promiserunt et se obligaverunt et renuntiaverunt in omnibus et per omnia secundum modum et formam officii inquisitionis eis et cuilibet dilligenter expositam et expressam, sub pena librarum, XXV, imperialium pro qualibet earum, quam penam totiens incurrant et incurrere debeant et cetera, secundum predictum modum et formam. Actum Mediolani in ecclesia fratrum predicatorum de Sancto Eustorgio coram suprascripto fratre Raynerio inquisitore. Interfuerunt ibi testes vocati et rogati fratres Gregorius de Buxero et Albertus Corbella et Gasparrinus de Tertio, omnes ordinis predicatorum, MCCC. die lune mensis octubris, indictione. XIIII^a^, traditum per suprascriptum Beltramum Salvagnium notarium ut supra.

Frater Girardus de Novazano filius quondam Gualterii tertii ordinis, civitatis Mediolani porte cumane [1] foris, citatus per Balzarrum de Monteorfano servitorem officii inquisitionis de mandato suprascripti fratris Guidonis de Cochenato ordinis predicatorum inquisitoris ut supra, comparuit coram ipso inquisitore. Cui dictus inquisitor legit quoddam dictum, quod ipse frater Girardus dixit coram fratre Lafrancho de Amizis de Pergamo dicti ordinis similiter inquisitore suprascripto anno, die lune, XVIII, mensis julij,

[1] Più sopra abbiamo letto sempre *cumensis,* ma si deve leggere *cumane,* come appare da questo luogo dove il nome è scritto in tutte lettere.

proxime preterito, scriptum per Beltramum Salvagnium notarium officij inquisitionis. Et quia interrogatus ibi si ipse scivit vel audivit aliquid de Guillelma, que sepulta erat apud monasterium Clarevalis, quod esset vel esse videretur contra fidem catholicam, et respondit quod pluries audivit ab Andrea Saramita quod ipsa Guillelma debebat resurgere, et quod ipse Andreas et alii quam plures expectabant eam resurrecturam, et quod de ista credentia erant multe persone, et quod jam sunt anni .XV. quod hoc audivit; interrogatus modo a suprascripto fratre Guidone inquisitore sub debito prestiti juramenti et penis, quibus tenetur officio obligatus, si dictus Andreas dixit dicto fratri Girardo testi predicta verba per modum inducendi eum ad hoc credendum, respondit quod nescit. Interrogatus si predicta unquam audivit ab aliqua alia persona, respondit quod sic comuniter dicebatur ab hominibus, sed alias non audivit hec ab aliqua persona de devotis dicte Guillelme. Interrogatus dictus frater Girardus si ipse credit quod hoc credere sit contra fidem catholicam, respondit quod sic. Interrogatus si ipse unquam hoc credidit, respondit quod non. Interrogatus ipse frater Girardus si umquam accusavit dictum Andream de predictis alicui inquisitori, respondit non, nisi quando fuit requisitus per suprascriptum fratrem Lafranchum inquisitorem ut supra. Interrogatus quare hoc non dixit coram fratre Thoma (de) Cumis inquisitore quando fuit citatus et comparuit coram eo, modo possunt esse anni .IIII.^{or} vel idcirca, respondit quia non recordabatur tunc de predictis, sed tunc dixit dicto Andree: cavete vobis a me nec dicatis mihi talia de domina Guillelma; quia ego juravi in manibus inquisitoris. Et dixit etiam dictus frater Girardus uxori sue, quod ipsa hoc non crederet. Item quia in ipso dicto suo dixit dictus frater Girardus quod dictus Andreas, et alie persone devote ipsius Guillelme, fecit tunc temporis fieri quasdam vestes pretiosas deauratas et subtulares deauratos et unam casam et plura alia ornamenta pro ipsa Guillelma, quam expectabant resurrecturam; et quod dictas vestes et dictos subtulares et dictam cassam dictus frater Girardus vidit in domo dicti Andree, modo sunt anni .XV, vel idcirca; et quod ipse audivit non solum tunc sed ab ipso tempore citra; interrogavit modo dictus frater Guido inquisitor dictum fratrem Girardum si pre-

dicta dixit coram suprascripto fratre Thoma inquisitore quando comparuit coram eo modo possunt esse anni, IIII.^{or} ut supra, respondit quod non, quia non recordabatur de predictis. Item quia dictus frater Girardus dixit coram suprascripto fratre Lafrancho inquisitore in predicto dicto suo quod audivit a dicto Andrea quod Guillelma habuerat quinque plagas in corpore suo similes plagis Jeshu Christi, et hoc idem audiverat a quadam muliere, que nominatur Aydelina uxor Stephani de Crimella, quod ipsa viderat eas plagas et eas terserat, interrogatus modo dictus frater Girardus a suprascripto fratre Guidone inquisitore si predicta dixit coram suprascripto fratre Thoma inquisitore, respondit quod non recordatur nec credit quod ipse hoc dixit. Item quia ibidem dixit dictus frater Girardus quod dictus Andreas et complices sui vel devoti et devote dicte Guillelme fatiunt tria solempnia festa in anno ad honorem dicte Guillelme, unum scilicet in festo sancti Bartolomei, quando defuncta est, et aliud de mense octobris quando translatatum fuit corpus suum apud monasterium Clarevalis, et aliud in pentecoste; quia dixit ipse Andreas quod spiritus sanctus est ipsa Guillelma, et quod spiritus sanctus resuscitabit in ea. Interrogatus dictus frater modo a suprascripto fratre Guidone inquisitore quomodo ipse scit quod illi devoti fatiunt predicta festa, respondit quia ipsemet ibat cum eis ad dicta festa ad monasterium Clarevalis, et fatiebat oblationes cum eis et cum eis ibat ad convivia. Item quia ibidem dixit quod dictum primum festum fiebat ad honorem ipsius Guillelme, quia tunc defuncta erat, et secundum quia tunc translatum fuerat corpus ejus, interrogatus modo per suprascriptum fratrem Guidonem inquisitorem quomodo ipse frater Girardus scit quod ipsi propter suprascriptas causas facerent predicta festa, respondit, quia ipse Andreas et alii devoti dicte Guillelme dixerunt sibi hoc, et quod ipse propter hoc ad honorem ipsius Guillelme ibat cum eis. Interrogatus si predicta dixit coram fratre Thoma inquisitore predicto, quando comparuit coram eo modo sunt anni quatuor, respondit quod non recordatur quod dixerit predicta coram eo. Item quia ibidem dixit ipse frater Girardus quod invenit, modo sunt anni, XVI. in quodam psalterio dicti Andree quandam cartam de palperio, in qua scriptum erat quod filii spiritus sancti erant dispersi et

in carcere positi, et interrogatus ab ipso fratre Lafrancho inquisitore quid hoc vellet dicere, respondit quod hoc dicebat quia inquisitores citaverant aliquos ex devotis ipsius Guillelme; interrogatus modo ab ipso fratre Guidone inquisitore quomodo scit quod sic intelligeretur illa scriptura, que scriptura erat in dicta carta, respondit quod presumptionem.... et quia sic scriptum erat in dicta carta. Interrogatus iterum si de predicta carta dixit aliquid coram suprascripto fratre Thoma inquisitore quando comparuit coram eo modo sunt anni quatuor, respondit non, quia tunc non recordabatur. Item quia ibidem requisitus a suprascripto fratre Lafrancho inquisitore ut ipse frater Girardus nominaret devotos dicte Guillelme, nominavit eos, silicet predictum Andream et Albertonum de Novate et ceteros ibi scriptos. Interrogatus modo a suprascripto fratre Guidone quomodo scit quod ipsi erant devoti dicte Guillelme, respondit quia ipse Andreas erat principalis et quia ipse ibat cum eis et ipsi cum eo in Clarevale ad festa et solempnitates, que fiebant ad honorem dicte Guillelme. Actum Mediolani in domo fratrum predicatorum in camera officii inquisitionis coram suprascripto fratre Guidone inquisitore. Interfuerunt ibi testes vocati et rogati fratres Thodeschinus Januensis et Gregorius de Buxero et Albertus vestiarius de Pergamo, omnes ordinis fratrum predicatorum conventus Mediolani, millesimo trecentesimo, die sabbati, .XV. mensis octubris, indictione quartadecima, traditum per Beltramum Salvagnium, civitatis Mediolani, porte nove notarium officii inquisitionis.

Stephanus de Crimella civitatis Mediolani porte ticinensis, citatus comparuit coram suprascripto fratre Guidone inquisitore, cum ipse Stephanus dixerit in quodam dicto quod ipse dixit coram fratre Raynerio de Pirovano ordinis predicatorum similiter inquisitore, scripto per me Beltramum Salvagnium notarium, suprascripto anno, die martis vigesimo septembris. indictione .XIIII[a]. quod semel in domo magistri Jacobi de Ferno, in qua ipse Stephanus erat cum uxore sua et aliis ibi nominatis, soror Mayfreda de Pirovano dixit pluries replicando ipso Stephano audiente et aliis presentibus: domina nostra dixit mihi quod vobis debeam dicere, quod ipsa est spiritus sanctus et ego vobis dico licet inter vos sint multi Thome, hoc est in-

creduli, et loquebatur de Guillelma; et Aydelina uxor ipsius Stephani tunc respondit: ego bene credo, quod ipsa sit spiritus sanctus, et ipse Stephanus multum clamavit super eam et reprehendit eam de illis verbis, que ipsa Aydelina uxor sua tunc dixit; interrogatus modo a suprascriptro fratre Guidone inquisitore sub debito juramenti et penis, quibus tenetur officio obligatus, si scivit quod dicta Aydelina, uxor sua, postea iverit ad festa, que fiebant per Andream Saramitam et sororem Mayfredam et alios devotos et devotas dicte Guillelme in venerationem suprascripte Guillelme, et quod ipsa illuminaret imagines ipsius Guillelme, et quod alia faceret in venerationem ipsius Guillelme et ad petitionem dicte sororis Mayfrede, respondit quod ipse bene scivit quod dicta uxor sua bene fatiebat omnia predicta, nec unquam sibi prohibuit ne predicta faceret. Actum Mediolani in domo fratrum predicatorum in camera, ubi fit officium inquisitionis heretice pravitatis, coram suprascripto fratre Guidone inquisitore. Interfuerunt ibi testes vocati et rogati fratres Rugerius de Carcano et Albertus vestiarius de Pergamo, ambo ordinis predicatorum, MCCC. die mercurii .XVIIII. octobris. indictione .XIIII[a]. traditum per Beltramum Salvagnium notarium officii inquisitionis.

Frater Girardus tertii ordinis, filius quondam Gualterii de Novazano, civitatis Mediolani, porte Cumane foris, citatus comparuit coram suprascripto fratre Guidone inquisitore, et interrogatus dictus frater Girardus a suprascripto inquisitore sub juramento et penis, quibus tenetur officio obligatus, si postquam ipse fuit coram fratre Thoma (de) Cumis inquisitore modo sunt anni .IIII[or], ut dixit in quodam dicto suo, quod ipse frater Girardus dixit coram suprascripto fratre Guidone suprascripto anno die sabbati proximo preterito, scivit quod Cara quondam uxor sua iret ad festa et solempnitates et convivia, que fiebant per devotos domine Guillelme ad honorem et devotionem ipsius Guillelme, et quod alia faceret in venerationem et reverentiam ipsius Guillelme, respondit quod bene scivit quod ipsa quondam uxor sua bene ibat et fatiebat predicta, sed ipse non prohibuit ei ne iret ad predicta, sed bene dixit dicte quondam uxori sue cave ne credas quod ipsa Guillelma sit spiritus sanctus, sicut dicuntur credere alii devoti dicte Guillelme. Interrogatus dictus

frater Girardus ut nominet omnes illos et illas quos et que (sic) scit vel credit fuisse de credentia et devotione illius Guillelme, nominavit magistrum Jacobum de Ferno et magistrum Beltramum, ejus filium, et Albertonum de Novate et Symoninum Collionum et Ottorinum et Franceschinum, filios domini Gasparri de Garbagniate, et Franceschinum Malcolzatum et Filixinum Karentanum et Lanzinum de Garbagniate et dominum Danixium Cottam et Albertum filium ejus et Stephanum de Crimella et presbiterum Miranum Roxam et donum Ubertinum monachum Clarevalis, qui erat sacrista eorum que utebantur circa sepulturam dicte Guillelme, datum per dominum abbatem monasterii Clarevalis, et dominas Sibilliam de Malcolzatis et Aydelinam de Crimella et Bellacaram de Karentanis et Carabellam de Toscanis et Alegrantiam de Perusiis, et Florem de Canturio et Benvenutam uxorem domini Gasparri de Garbagniate et Bellam uxorem Jacobi de Garbagniate, et Dionese de Novate. Interrogatus quo modo scit quod predicti et predicte essent de congregatione et devotione dicte Guillelme, respondit quia ipse frater Girardus ibat cum eis et ipsi et ipse cum eo, ad solempnitates et convivia, que fiebant in veneratione et cultu dicte Guillelme. Actum Mediolani in domo fratrum predicatorum in camera, ubi fit officium inquisitionis heretice pravitatis coram suprascripto fratre Guidone inquisitore. Interfuerunt ibi testes vocati et rogati fratres Gregorius de Buxero et Gasparrinus de Tertio et Ambrosius Poronus, omnes ordinis predicatorum .MCCC. die mercurii .XVIIII. mensis octobris, indictione quartadecima, traditum per suprascriptum Beltramum Salvagnium notarium ut supra.

Ser Danisius filius quondam domini Sarandi Cotte, civitatis Mediolani, porte nove, citatus comparuit coram suprascripto fratre Guidone inquisitore. Cui ser Danisio dictus inquisitor legit quoddam dictum, quod ipse ser Danisius dixit coram fratre Raynerio de Pirovano ordinis predicatorum similiter inquisitore suprascripto anno, die mercurii .XXI. septembris, indictione XIIII^{a}. scriptum per Beltramum Salvagnium notarium officij, et iterum unum aliud dictum, quod ipse ser Danisius dixit coram suprascripto fratre Raynerio inquisitore suprascripto anno die dominico, XXV. mensis septembris, scriptum per suprascriptum Beltramum notarium. Unde

cum ipse ser Danisius dixerit in suprascripto secundo suo dicto quod soror Mayfreda de Pirovano dixerat in domo magistri Jacobi de Ferno, eo domino Danisio presente et aliis ibi nominatis, vos omnes comeditis de uno pane et bibitis de uno (vino), sed non estis omnes de uno corde et una voluntate; et interrogatus ibi ipse ser Danisius per suprascriptum fratrem Raynerium inquisitorem quod credit ipse ser Danisius quod ipsa soror Mayfreda vellet intelligere per illa verba, respondit ipse ser Danisius, quia credit quod dicta soror Mayfreda voluit intelligere per verba illa, quod non omnes, qui erant in illo convivio, credebant quod dicta Guillelma esset spiritus Sanctus, sed aliqui ex eis credebant et aliqui non credebant hoc. Item cum in eodem dicto suo interrogatus fuit qui erant illi, qui fuerunt in predicto convivio, qui tunc credebant quod ipsa Guillelma esset spiritus sanctus, ut dicebat eis tunc dicta soror Mayfreda, respondit et dixit quod sine dubio credebat tunc quod dicti Andreas et soror Mayfreda et Aydelina uxor Stephani de Crimella et ser Amizo Toschanus et domina Bellacara uxor Bonadei Karentani essent illi qui crederent quod dicebat et credebat dicta soror Mayfreda, videlicet quod predicta Guillelma, erat spiritus sanctus. Interrogatus modo dictus ser Danisius a suprascripto fratre Guidone inquisitore sub juramento et penis, quibus tenetetur inquisitionis officio obligatus, si tunc credebat et nunc credit, quod credere, silicet quod ipsa Guillelma sit spiritus sanctus, sit hereticum et heresis, respondit quod tunc credebat et nunc credit quod sic. Item cum ipse ser Danisius dixerit in eodem dicto, quod ipse audivit a Carmeo de Crema, ipso Carmeo et dicta Guillelma viventibus jam sunt anni .XXII et plus, quod per illam Guillelmam judei et sarraceni deberent venire ad fidem et salvationem, interrogatus modo dictus ser Danisius a suprascripto fratre Guidone inquisitore si tunc credebat et nunc credit quod hoc credere, silicet quod per illam Guillelmam Judei et Sarraceni deberent venire ad fidem et salvationem sit hereticum et heresis, respondit quod tunc credebat et nunc credit quod illud credere sit hereticum et heresis. Item dixit dictus ser Danisius coram suprascripto fratre Guidone inquisitore sub debito prestiti juramenti quod predicta Guillelma, dum viveret, dixit, ipso ser Danisio audiente, Andree Saramite et cui-

dam sotio dicti Andree: vos estis fatui quod dicitis de me et creditis quod non est. Ego sum nata de homine et femina. Interrogatus dictus ser Danisius si scit vel credit quare ipsa Guillelma hoc dixerit, respondit quod ipse credit quod ipsa hoc dixerit propter ea que modo apparuerunt, videlicet quia dicebant aliqui et credebant quod ipsa Guillelma esset spiritus sanctus. Actum Mediolani in domo fratrum predicatorum, in camera ubi fit officium inquisitionis heretice pravitatis coram suprascripto fratre Guidone inquisitore. Interfuerunt ibi testes vocati et rogati fratres Paulus de Lasalla et Ambrosius Poronus, ambo ordinis predicatorum, et Mayfredus de Cera, civitatis Mediolani, porte ticinensis foris .MCCCIII (sic) die jovis. XXVII. mensis octobris, in dictione .XIIII, traditum per Beltramum Salvagnium, civitatis Mediolani, porte nove notarium officii inquisitionis heretice pravitatis.

Stephanus de Crimella civitatis Mediolani, porte ticinensis, citatus comparuit coram suprascripto fratre Guidone inquisitore, cui Stephano dictus frater Guido inquisitor legit quoddam dictum suum, quod ipse dixit coram fratre Raynerio de Pirovano inquisitore suprascripto anno die mercurij .XXI, septembris, proximi preteriti scriptum per me Beltramum Salvagnium notarium infrascriptum, et cum ipse Stephanus dixerit in predicto dicto suo, quod soror Mayfreda de Pirovano, eo Stephano presente et audiente et aliis ibi nominatis, dixit ei et aliis pluries replicando hec verba: domina nostra mihi dixit quod vobis debeam dicere quod ipsa est spiritus sanctus, et ego vobis dico, licet inter vos sint multi Thome hoc est increduli, et loquebatur de dicta Guillelma; et quod Aydelina uxor ipsius Stephani, que erat ibi presens tunc respondit: ego bene credo quod ipsa Guillelma sit spiritus sanctus, et quod ipse Stephanus clamavit super eam et vituperavit eam de illo verbo quod ipsa dixerat; interrogatus modo a dicto fratre Guidone inquisitore sub juramento (et penis) quibus tenetur officio obligatus, quare clamavit super eam et vituperavit eam, respondit: quia ipsa male dicebat et male credebat, quia ipse Stephanus tunc credebat et nunc credit quod hoc credere vel dicere esset hereticum et heresis et contra fidem catholicam, silicet quia ipsa Guillelma esset spiritus sanctus. Actum Me-

diolani, in domo fratrum predicatorum in camera, ubi fit officium inquisitionis heretice pravitatis, coram suprascripto fratre Guidone inquisitore. Interfuerunt ibi testes vocati et rogati fratres Paulus de Lasalla et Mayfredus de Modoetia et Gregorius de Buxèro, omnes ordinis predicatorum, et predictus Mayfredus de Cera, MCCC. die jovis .XXVII. mensis octobris, in dictione .XIIII. traditum per Beltramum Salvagnium civitatis Mediolani, porte nove, notarium officij inquisitionis heretice pravitatis.

Domina Catella uxor domini Leonis Oldegardi, domina Petra domini Thomasii Oldegardi civitatis Mediolani porte nove parrocchie sancti Petri ad Cornare, dum quelibet earum sponte non coacte nec requisite venerunt ad fratrem Guidonem de Cochenato, ordinis predicatorum inquisitorem ut supra, et petentes misericordiam ab eo fuerunt confesse coram eo inquisitore quod ipse et quelibet earum instructe fuerant per Andream Saramitam et sororem Mayfredam de Pirovano, quod Guillelma, que sepulta erat apud monasterium Clarevalis mediolanensis diocesis, erat spiritus sanctus; et quod in ea erat substantia spiritus sancti et divinitas et alia, prout in earum confessionibus scriptis per fratrem Leonardum Pergamensem ordinis predicatorum hoc anno de mense augusti proximo preterito continentur. Primo abiurata per eas et quamlibet earum omni heresi, et specialiter predicta heresi eis et cuilibet earum instructa et predicata per predictos Andream et sororem Mayfredam. Unde ipse frater Guido inquisitor ut supra absolvit eas dominas et quamlibet earum ab omni vinculo excomunicationis, quam incurrissent predicta occasione, et precepit dictus frater Guido inquisitor predictis dominabus Katelle et Petre et cuilibet earum quod predictam credentiam et doctrinam sibi predicatam dicerent et confiterentur confessoribus suis, et exinde seu pro predictis facerent illam penitentiam, quam eis et cuilibet earum iniungerent confessores sui, et insuper dictus frater Guido inquisitor ad instantiam earum et cujuslibet earum et etiam multarum aliarum personarum catholicarum et reverendarum, attendens potius earum et cujuslibet earum simplicitatem quam malitiam in predictis, et videns earum contrictionem, et sperans earum plenam et perfectam conversionem, absolvit eas et quamlibet earum ab omni alia pena, quam incurrissent pre-

dicta occasione vel incurrisse dici possent. Et de predictis precepit dictus frater Guido inquisitor mihi infrascripto Beltramo Salvagnio notario, ut unum et plura unius tenoris facerem instrumenta. Actum Mediolani in domo fratrum predicatorum in camera, ubi fit officium inquisitionis heretice pravitatis coram dicto fratre Guidone inquisitore. Interfuerunt ibi testes vocati et rogati fratres Albertus Corbella et Gregorius de Buxero et Bolgarinus de Calvo conversus, omnes ordinis predicatorum, et Philippus filius quondam Oliverij de Capiate, civitatis Mediolani porte ticinensis, omnes noti dicti fratris Guidonis inquisitoris .MCCC. die martis XXVIIII. mensis novembris, indictione .XIIII. traditum per suprascriptum Beltramum Salvagnium notarium.

Magister Jacobus de Ferno fixicus filius quondam item magistri Jacobi de Ferno, civitatis Mediolani porte vercelline. Cui dictus frater Guido inquisitor ut supra preceperat, quod ipse portaret duas cruces crocei coloris, unam ante pectus et aliam post spatulas, ut patet per cartam traditam per Mayfredum de Cera notarium officii inquisitionis suprascripto anno die sabbati .X. mensis septembris, indictione .XIIII. comparuit coram suprascripto fratre Guidone inquisitore humiliter supplicans quod ipse daret sibi licentiam deponendi dictas cruces. Cujus humilitati dictus frater Guido attendens, et quod eas cruces patienter recepit et humiliter portavit, recitatis primo coram suprascripto magistro Jacobo et quibusdam aliis suis amicis, qui cum eo erant, et abiuratione et juramento et obligatione factis per ipsum magistrum Jacobum in manibus inquisitoris, et culpis et penis, que in sententia lata per ipsum inquisitorem contra dictum magistrum Jacobum continentur; dictus frater Guido inquisitor ut supra concessit et dedit ipsi magistro Jacobo parabolam (1) et licentiam deponendi dictas cruces, que sibi imposite fuerunt propter excessus per eum commissos in heretica pravitate, salva tamen in omnibus aliis sententia contra eum lata per suprascriptum fratrem Gui-

(1) Il testo ha l'abbreviazione *ꝑam* che deve sciogliersi in *parabolam*. Vedi Du Cange, *Glossarium*, Paris 1845, tom. V, pag. 78, che riporta il testo: *deque licentia, parabola, auctoritate et mandato praefati Episcopi* (Translatio S. Viti Mart., t. 2, p. 1040). Nota del dott. A. Werner, che ha gentilmente rivedute le bozze sul codice Ambrosiano.

donem et in suo robore duratura. Actum Mediolani in domo fratrum predicatorum in camera, ubi fit officium inquisitionis heretice pravitatis, coram suprascripto inquisitore. Et inde rogatum est per me notarium infrascriptum fieri publicum instrumentum. Interfuerunt ibi testes vocati et rogati fratres Raynerius de Terdona et Gregorius de Buxero, ambo ordinis predicatorum, et magister Beltramus fixicus filius suprascripti magistri Jacobi civitatis Mediolani, porte vercelline. MCCC. die lune, V. mensis decembris, indictione quartadecima, traditum per Beltramum Salvagnium notarium officij inquisitionis.

Suprascriptus frater Guido inquisitor, ut supra, precepit predicto magistro Jacobo de Ferno ibi presenti et audienti, quatenus sub debito prestiti juramenti et penis, quibus tenetur et est inquisitionis officio obligatus, deponat et deponere debeat ad tabulam domini Monegeni Quareseme civitatis Mediolani campsoris suo et nomine officii et ecclesie hinc ad kal. februarii proximi futuri libras .XXV. imperialium pro parte penarum et culparum et periuriorum per eum commissorum et commissarum in favorem heretice pravitatis. Actum ut supra, suprascripto anno et die, traditum per suprascriptum notarium.

Frater Girardus tertii ordinis filius quondam Gualterii de Novazano civitatis Mediolani porte Cumane foris, cui suprascriptus frater Guido inquisitor preceperat quod ipse portaret duas cruces crocei coloris unam ante pectus et aliam post spatulas, ut patet per cartam traditam per Mayfredum de Cera notarium officii inquisitionis suprascripto anno et indictione, die sabbati tertio ante kal. novembris, comparuit coram suprascripto fratre Guidone inquisitore humiliter suplicans quod daret sibi licentiam deponendi dictas cruces. Cujus humilitati dictus frater Guido attendens et quod eas cruces patienter recepit et humiliter portavit, recitatis primo coram suprascripto fratre Girardo et quibusdam aliis suis amicis, qui ibi cum eo erant, et abiuratione et juramento et obligatione factis per ipsum fratrem Girardum in manibus inquisitoris et culpis et penis, que in sententia lata per ipsum fratrem Guidonem inquisitorem contra predictum fratrem Girardum continentur, dictus frater Guido inquisitor, ut supra concessit et parabolam et licentiam dedit ipsi fratri Girardo de-

ponendi dictas cruces, que sibi imposite fuerunt propter excessus per eum commissos in heretica pravitate, salva tamen in omnibus aliis sententia contra ipsum fratrem Girardum per suprascriptum fratrem Guidonem inquisitorem, et in suo robore duratura. Actum Mediolani in domo fratrum predicatorum in camera, ubi fit officium inquisitionis heretice pravitatis. Interfuerunt ibi testes vocati et rogati fratres Otto de porta cumana ordinis predicatorum, supperior in conventu Mediolani fratrum predicatorum et Gregorius de Buxero dicti ordinis et conventus, et frater Zanonus de Cardano magister hospitalis sancti Simplitiani mediolanensis .MCCC. die sabbati .X. mensis decembris, indictione .XIIII. traditum per suprascriptum Beltramum Salvagnium notarium

Suprascriptus frater Guido inquisitor ut supra precepit dicto fratri Girardo ibi presenti et audienti, quatenus sub juramento et penis, quibus tenetur et est inquisitionis officio obligatus, deponat et deponere debeat ad tabulam domini Pinamontis Monatarij campsoris civitatis Mediolani, suo nomine et nomine officij et ecclesie hinc ad festum nativitatis domini nostri Jeshu Christi proximum futurum libras .XXV. pro parte penarum et culparum et periuriorum per eum commisarum et commissorum in favorem heretice pravitatis. Actum ut supra presentibus suprascriptis testibus suprascripto anno et die.

Stephanus filius quondam Zanebelli de Crimella, civitatis Mediolani porte ticinensis, cui dictus frater Guido inquisitor ut supra preceperat quod ipse portaret duas cruces crocei coloris, unam ante pectus et aliam post spatulas, ut patet per cartam inde traditam per Mayfredum de Cera notarium officij inquisitionis suprascripto anno et indictione die sabbati tertio ante kal. novembris, comparuit coram suprascripto fratre Guidone inquisitore humiliter suplicans quod daret sibi licentiam deponendi dictas cruces; cujus humilitati dictus frater dictus inquisitor attendens, et quod eas cruces patienter recepit et humiliter portavit; recitatis primo coram suprascripto Stephano et quibusdam aliis suis amicis, qui cum eo erant, et abjuratione et juramento et obbligatione factis per ipsum Stephanum in manibus inquisitoris et culpis et penis, que in sententia lata per ipsum fratrem Guidonem inquisitorem contra dictum Stephanum conti-

nentur; dictus frater Guido inquisitor ut supra concessit et parabolam et licentiam dedit dicto Stephano deponendi dictas cruces, que sibi imposite fuerunt propter excessus per eum commissos in heretica pravitate; salva tamen in omnibus aliis sententia contra ipsum Stephanum lata per suprascriptum fratrem Guidonem et in suo robore duratura. Actum Mediolani in domo fratrum predicatorum in camera ubi fit officium inquisitionis heretice pravitatis. Interfuerunt ibi testes vocati et rogati fratres Jacobus de Regio et Albertus vestiarius et Paganus de Modoetia, omnes ordinis fratrum predicatorum .MCCC. die sabbati .X. mensis decembris indictione .XIIII. traditum per suprascriptum Beltramum notarium.

Aydelina uxor Stephani de Crimella civitatis Mediolani, porte ticinensis, cui fratres Guido de Cochenato et Raynerius de Pirovano, ambo ordinis predicatorum, inquisitores heretice pravitatis in Lombardia et Marchia Januensi auctoritate sedis apostolice deputati preceperant quod ipsa portaret duas cruces crocei coloris unam ante pectus et aliam post spatulas, ut patet per cartam inde traditam per Mayfredum de Cera notarium officij inquisitionis, suprascripto anno et indictione die sabbati .X. mensis septembris comparuit coram suprascripto fratre Guidone inquisitore humiliter supplicans et devote quod daret sibi licentiam deponendi dictas cruces. Cuius humilitati dictus frater Guido attendens, et quod eas cruces patienter recepit et humiliter portavit; recitatis primo coram suprascripta Aydelina et quibusdam aliis suis amicis, qui ea cum erant, et abiuratione et juramento et obligatione factis per ipsam dominam Aydelinam in manibus inquisitoris, et culpis et penis, que in sententia lata per suprascriptos fratres Guidonem et Raynerium inquisitores continentur, dictus frater Guido ut supra concessit (licentiam) et parabolam dicte domine Aydeline deponendi dictas cruces, que sibi imposite fuerunt propter excessus per eam commissos in heretica pravitate; salva tamen in omnibus sententia contra suprascriptam Aydelinam lata per suprascriptos fratres Guidonem et Raynerium inquisitores et in suo robore duratura. Et inde rogaverunt me notarium infrascriptum facere publicum instrumentum. Actum Mediolani in ecclesia sancti Eustorgii fratrum predicatorum· Inter-

fuerunt ibi testes vocati et rogati, fratres Gregorius de Buxero et Guillelmus de Vicomercato, ambo ordinis predicatorum, et Mayfredus de Cera filius quondam ser Guarnerij civitatis Mediolani porte ticinensis foris .MCCC. die mercurij .XXI. mensis decembris indictione .XIIII. traditum per suprascriptum Beltramum Salvagnium notarium.

Suprascriptus frater Guido inquisitor precepit dicte Aydeline ibi presenti et audienti, quatenus sub juramento et penis, quibus tenetur officio obligata, deponat et deponere debeat libras .XXV. ad tabulam domini Pinamontis Monabarij campsoris, civitatis Mediolani, suo nomine et nomine officij et ecclesie hinc ad kal. februarij proximi futuri pro parte penarum et culparum et periuriorum per eam commissarum et commissorum in heretica pravitate. Actum ut supra presentibus suprascriptis testibus, suprascripto anno et die.

Domina Dionese, uxor quondam domini domini Jacobi de Novate civitatis mediolani, porte nove, cui frater Guido de Cochenato ordinis predicatorum inquisitor ut supra preceperat quod ipsa portaret duas cruces crocei coloris unam ante pectus et aliam post spatulas, ut patet per cartam traditam per Mayfredum de Cera notarium officij inquisitionis, suprascripto anno, comparuit coram suprascripto fratre Guidone inquisitore humiliter supplicans et devote quod ipse daret sibi licentiam deponendi dictas cruces; cuius humilitati dictus frater Guido attendens, et quod eas cruces patienter recepit et humiliter portavit; recitatis primo coram suprascripta domina Dionese et quibusdam aliis suis amicis qui cum ea erant, et abiuratione et juramento et obligatione factis per ipsam dominam Dionesem in manibus inquisitoris, et culpis et penis, que in sententia lata per suprascriptum fratrem Guidonem inquisitorem continentur; dictus frater Guido inquisitor ut supra concessit et parabolam dedit dicte domine Dionese deponendi dictas cruces, que sibi imposite fuerunt propter excessus per eam commissos in heretica pravitate; salva tamen in omnibus aliis sententia contra suprascriptam dominam Dionese lata per suprascriptum fratrem Guidonem inquisitorem et in suo robore duratura. Actum Mediolani in ecclesia Sancti Eustorgij fratrum predicatorum. Interfuerunt ibi testes vocati et

rogati fratres Gregorius de Buxero et Guillelmus de Vicomercato, ambo ordinis predicatorum, et Mayfredus filius quondam ser Guarnerij de Cera civitatis Mediolani, porte ticinensis foris, MCCC. die mercurij .XXI. mensis decembris indictione .XIIII. traditum per Beltramum Salvagnium notarium.

Suprascriptus frater Guido inquisitor ut supra precepit predicte domine Dionese ibi presenti et audienti quatenus sub juramento et penis, quibus tenetur et est inquisitionis officio obligata, deponat et deponere debeat ad tabulam domini Pinamontis Monatarij campsoris, suo nomine et nomine officij et ecclesie hinc ad kal. februarij libras .XXV tert. pro parte penarum et culparum et periuriorum per eam commissarum in favorem heretice pravitatis Actum ut supra, presentibus suprascriptis testibus, suprascripto anno et die, traditum per suprascriptum Beltramum Salvagnium notarium.

Domina Flox uxor quondam Bonaventure de Perazollo porte Romane, Taria de Pontariis porte nove, ambe civitatis Mediolani, quibus fratres Guido de Cochenato et Raynerius de Pirovano, ambo ordinis predicatorum, inquisitores ut supra preceperant quod ipse et quelibet earum portarent duas cruces crocei coloris unam ante pectus et aliam post spatulas, ut patet per cartam traditam hoc anno die sabbati .X. mensis septembris, per Mayfredum de Cera notarium, suprascripto anno, comparuerunt coram fratre Ottone de porta Cumana ordinis predicatorum superiore fratrum predicatorum in conventu Mediolani et vicario fratris Guidonis de Cochenato inquisitoris predicti ut dixit, humiliter supplicans et devote quod daret sibi licentiam deponendi dictas. Quare humilitati dictus frater Otto vicarius ut supra (attendens) et quod eas cruces patienter receperant et humiliter portaverant; recitatis primo coram suprascriptis dominabus et quibusdam aliis suis amicis, qui cum eis erant, et abjuratione et juramento et obligatione factis per ipsas in manibus inquisitoris et culpis et penis que in sententia lata per suprascriptos fratres Guidonem et Raynerium inquisitores continentur; dictus frater Otto vicarius ut supra et etiam de voluntate dicti fratris Guidonis inquisitoris, ut dixit, concessit et parabolam et licentiam dedit dictis dominabus et cuilibet earum deponendi dictas cruces, que sibi im-

posite fuerunt propter excessus per eas commissos in favorem heretice pravitatis; salva tamen in omnibus aliis sententia contra suprascriptas dominas lata per suprascriptos fratres Guidonem et Raynerium inquisitores, et in suo robore duratura. Actum Mediolani in ecclesia sancti Eustorgij fratrum predicatorem. Interfuerunt ibi testes vocati et rogati frater Gregorius de Buxero ordinis predicatorum et Mayfredus filius quondam per Guarnerij de Cera, et Balzarrus filius quondam Jacobi de Monteorfano, ambo civitatis Mediolani, porte ticinensis .MCCC. die veneris .XXIII. mensis decembris, indictione .XIIII[a]. traditum per Beltramum Salvagnium notarium.

Dictus frater Otto vicarius ut supra, de voluntate suprascripti fratris Guidonis inquisitoris ut dixit, precepit predictis dominabus Flori et Tarie et cuilibet earum ibi presentium et audientium quod hinc ad kal. februarij proximi futuri ipse et quelibet earum deponant et deponere debeant ad tabulam domini Pinamontis Monatarij campsoris libras .XXV tert. pro qualibet earum pro parte penarum et culparum et periuriorum per eas et quamlibet earum commissarum et commissorum in favorem heretice pravitatis. Actum ut supra coram suprascriptis testibus suprascripto anno et die, traditum per suprascriptum Beltramum notarium (*Hic debet sequi confessio fratris Girardi de Novazano*).

Ser Honricus (sic) Bossia de Mendrixio filius quondam ser Ayroldi Bossie de Mendrixio episcopatus Cumarum vicarius et nuntius domini potestatis de Mendrixio, citatus comparuit coram fratre Guidone de Cochenato, ordinis predicatorum, inquisitore ut supra, et juravit dicere veritatem, sub pena librarum .XXV. imperialium, et promisit et se obligavit et renuntiavit in omnibus et per omnia secundum modum et formam officij inquisitionis sibi dilligenter expositam et expressam. Actum Mediolani in domo fratrum predicatorum in camera, ubi fit officium inquisitionis heretice pravitatis, coram dicto inquisitore. Testes fuerunt ibi vocati et rogati frater Sabbainus Januensis, ordinis predicatorum, et Johanes de Hera (sic) de Cumis .MCCCIII, die lune penultimo mensis jullij, indictione prima, traditum per suprascriptum Beltramum Salvagnium notarium.

Interrogatus dictus ser Honricus a suprascripto fratre Gui-

done sub juramento et penis, quibus tenetur inquisitionis officio obligatus, ut dicat quis est potestas de Mendrixio, respondit quod ser Franzinus Lambertegus est potestas de Mendrixio et quod ipse Honricus gerit vices suas ibi quando dictus potestas non est in dicta terra. Interrogatus dictus ser Honricus si ipse fuit requisitus a tribus mensibus citra, ipso gerente vices dicti potestatis, ab aliquo de officialibus vel nuntiis dicti inquisitoris quod ipse daret eis sotietatem et auxilium ad querendum heretícos vel alios, qui persequuntur (sic) tamquam heretici, vel ad aliquid aliud fatiendum pro officio inquisitionis; respondit quod sic videlicet per fratrem Philippum et fratrem Rugerinum de Rippa, ordinis predicatorum, in domo fratris Petrazij de Mendrixio. Actum ut supra coram dicto inquisitore presentibus suprascriptis testibus, suprascripto anno et die, traditum per suprascriptum Beltramum Salvagnium notarium.

Suprascriptus frater Guido de Cochenato inquisitor ut supra precepit suprascripto ser Honrico de Bosia presenti et audienti quatenus sub juramento et pena, quibus tenetur et est inquisitionis officio obligatus, et sub pena excomunicationis deponat et deponere debeat nostro nomine et officij inquisitionis solidos centum imperiales infra dies quinque postquam iverit Cumas. Actum ut supra. Interfuerunt ibi testes vocati et rogati fratres Thomas de Cumis ordinis predicatorum inquisitor hereticorum et Philippus de Zezio dicti ordinis supperior fratrum predicatorum in conventu Cumano, et donus Vox donus Bosia de Mendrixio et Mayfredus filius quondam ser Guarnerij de Cera civitatis Mediolani burgi porte ticinensis foris, millesimo trecentesimo tertio, die mercurii ultimo mensis julij, indictione prima, traditum per suprascriptum Salvagnium notarium.

Presbiter comaschus sive comasinus de Panellis capellanus ecclesie sancti Sysini de la turre de Mendrixio episcopatus Cumarum citatus comparuit coram suprascripto fratre Guidone de Cochenato inquisitore ut supra, et abjuravit omnem heresim, credentiam, favorem, receptationem et defensionem heretice pravitatis cuiuscumque secte et maxime secte Dolzini novariensis, et illorum que vulgaliter dicuntur apostoli, et juravit dicere veritatem et promisit et se et bona sua obligavit et renuntiavit in

omnibus et per omnia secundum modum et formam officij inquisitionis sibi diligenter expositam et expressam, sub pena librarum decem imperialium, quam penam totiens et cetera. Actum Mediolani in domo fratrum predicatorum, in camera, ubi fit officium inquisitionis heretice pravitatis, coram suprascripto fratre Guidone inquisitore. Interfuerunt ibi testes vocati et rogati frater Thomas de Cumis ordinis predicatorum inquisitor et Mayfredus filius quondam ser Guarnerij de Cera civitatis Mediolani burgi porte ticinensis foris .MCCCIII. die lune quinto mensis augusti, indictione prima, traditum per Beltramum Salvagnium notarium officij.

Interrogatus dictus presbiter comasinus a suprascripto fratre Guidone inquisitore sub juramento et penis, quibus tenetur officio obligatus, si aliquis de parentella sua masculus vel femina fuerit hereticus vel heretica et si habuit eorum notitiam; respondit non. Interrogatus si unquam audivit quod vita novorum apostolorum, qui vulgaliter dicuntur apostoli, fuerit et sit reprobata per ecclesiam Romanam, respondit quod sic. Interrogatus si ipse scit vel audivit quod inquisitores persequantur illos apostolos sicut hereticos, et quod eos capiant et capi fatiant tanquam suspectos de fide ab ecclesia, respondit quod bene audivit et scit quod inquisitores persequuntur eos. Interrogatus si postquam audivit vel scivit quod ecclesia et inquisitores persequuntur eos, recepit eos vel aliquem eorum in domo sua, et si dedit eis bibere et manducare, respondit quod sic. Interrogatus ut dicat quotiens et quibus hoc fecit, respondit quod in vigilia sancti Petri proximi preteriti recepit quatuor ex eis; videlicet presbiterum Guillelmum de Fontana de Mendrixio et Federicum Grampam de Novaria et Philipum de Varisio, ut credit: de nomine quarti non recordatur, et non steterunt nisi per unum prandium. Item dixit quod in festo sancte Margarite proximo preterito recepit in domo sua predictum Philippum de Varisio et Cremoninum de Cremona, et ipse Cremoninus comedit in domo ipsius testis bis, et stetit ibi per unum diem et non plus, et dictus Philippus stetit in domo dicti testis per tres dies et ibi manducavit et bibit et iacuit. Interrogatus si predicti apostoli videbantur timere ne caperentur per fratres predicatores inqui-

sitores hereticorum, respondit quod sic, bene videbantur timere eos capi per ipsos inquisitores. Item dixit quod postquam audivit quod ipsi apostoli erant reprobati ab ecclesia, non recepit aliquos de illis apostolis, nisi predictos, quos superius nominavit, sed antea bene receperat eos pluries. Item dixit quod dictus Cremoninus dederat sibi unum librum, in quo scripta erat fides et credentia et doctrina Dulzini et Federici Grampe et eorum sequatium, quem librum ipse testis volebat scribere vel scribi facere suis expensis. Interrogatus si ipse repulit Jacobinum, qui dicitur Salieta, de domo sua occasione quod ipse Jacobinus non videbatur esse favorabilis dictis apostolis, respondit non sed alia de causa. Actum Mediolani in dicta camera coram dicto fratre Guidone de Cochenate inquisitore ut supra. Testes fratres Thomas de Cumis inquisitor et Beltramus de Misinti et Gregorius de Carcano, omnes ordinis predicatorum, suprascripto anno et die.

Frater Thomas de Cumis ordinis predicatorum inquisitor heretice pravitatis in Lombardia et Marchia januensi per sedem apostolicam constitutus auctoritate officij inquisitionis sibi commissi, qua fungitur in hac parte, absolvit suprascriptum presbiterum Comasnum de la turre de Mendrisio episcopatus Cumarum ab omni vinculo excomunicationis, quam ipse presbiter incurrisset, occasione eorum que fecit vel commisit in favorem heretice pravitatis et illorum qui dicuntur apostoli et Dulzini novariensis et sequatium suorum. Et hoc dumtaxat ab his et de his, que confessus est coram fratre Guidone de Cochenato ejusdem predicatorum similiter inquisitore, et restituit eum sacramentis ecclesie. Actum Mediolani in domo fratrum predicatorum in camera, ubi fit officium inquisitionis heretice pravitatis. Interfuerunt ibi testes vocati et rogati fratres Beltramus de Misinti et Gregorius de Carcano, ambo ordinis predicatorum, et Mayfredus filius quondam ser Guarnerij de Cera, burgi porte ticinensis foris .MCCCIII. die lune, quinto mensis augusti. indictione prima traditum per Beltramum Salvagnium notarium officij inquisitionis.

Fratres Guido de Cochenato et Thomas de Cumis, ambo ordinis predicatorum, inquisitores heretice pravitatis ut supra, preceperunt et injunxerunt suprascripto presbitero Comasino de Mendrisio, quatenus sub debito prestiti juramenti et penis omni-

bus, quibus tenetur et est inquisitionis officio obligatus, et sub pena privationis de cetero non utatur nec uti nec conversari debeat cum illis (qui) vulgaliter dicuntur apostoli nec cum illis, qui sequuntur eorum vitam et modum vivendi, nec etiam cum Dulzino de Novaria nec cum illis qui sequuntur eius vitam et mores et doctrinam, nec recipere eos nec aliquem eorum hospicio, nec dare eis auxilium consilium nec favorem, nec manducare, nec bibere, et quod ipsos et quemlibet eorum et eorum credentiam et doctrinam et modum vivendi impugnet et reprobet ubique, et quod de cetero accuset et revellat et accusare et revellare debeat ipsis inquisitoribus vel eorum vicariis omnes illos et illas, quos et quem noverit et sciet esse de illis qui dicuntur apostoli, et qui sequuntur eorum vitam et mores et doctrinam, et quod det et dare debeat auxilium consilium et juvamentum inquisitoribus juxta posse ad capiendum et capi fatiendum illos apostolos et quemlibet eorum. Et quod hinc ad dies decem postquam fuerit Cumis deponat et deponere debeat nomine dicti fratris Guidonis inquisitoris et ecclesie libras tres imperialium ad tabulam Mariae Bogieri de Cumis campsoris pro culpis et excessibus per ipsum presbiterum commissis contra fidem catholicam. Actum in dicta camera. Interfuerunt ibi testes vocati et rogati frater Pelluchus de Pelluchis et Christoforus filius quondam Conradi Borserii, ambo de burgo Modoetia et Philippus ser Boni de porta de burgo Caravazio et Balzarrus de Monte orfano filius quondam Jacobi, civitatis Mediolani porte ticinensis, et plures alii, suprascripto anno et die, traditum per suprascriptum Beltramum Salvagnium notarium.

Suprascriptus frater Guido de Cochenato inquisitor ut supra, nomine officij inquisitionis fuit contentus et confessus recepisse et habuisse a me Beltramo Salvagnio, notario infrascripto, dante et solvente nomine et vice fratris Girardi de Novazano tertii ordinis civitatis Mediolani burgi porte cumane foris, in ambrosinis novis monete Mediolani libras tredecim tertiolorum, quos denarios dictus frater Girardus habebat penes se ad petitionem domine Dionese Relicte quondam domini Jacobi de Novato, civitatis Mediolani porte nove, et qui denarij scripti sunt in libro rationum dicti fratris Girardi, ut ibi dixit dictus frater Girardus

ad petitionem dicte domine Dionese; renuntiando dictus frater Guido inquisitor suprascripto nomine omni occasioni et exceptioni non numerate et non recepte et non facte dicte confessionis predicto nomine, omnium predictorum et infrascriptorum non ita actorum et omni probationi in contrarium. Insuper dictus frater Guido inquisitor ut supra promisit et vadiam dedit et omnia bona dicti officij pigneri obligavit in manu mei infrascripti Beltrami Salvagnij notarij renuntiantis nomine et vice dicti fratris Girardi, ita quod de cetero omni tempore erit et stabit tacitus et contentus et faciet et curabit cum effectu quod inquisitores heretice pravitatis, qui modo sunt et per tempora erunt, et dictum officium et quelibet alia persona erunt et stabunt taciti et contenti et tacita et contenta in hac presenti confessione et solutione, et quod nullo tempore controveniet propriis dampnis et expensis dicti officij, et sine dampnis et expensis dicti fratris Girardi suorumque heredum. Actum Mediolani in domo fratrum predicatorum in camera, ubi fit officium inquisitionis heretice pravitatis. Interfuerunt ibi testes vocati et rogati fratres Gregorius de Buxero et Ambrosius Poronus, ambo ordinis predicatorum, et Johanes magister Legaminis filius Lafranchi magistri de Cumis civitatis Mediolani burgi porte ticinensis foris, omnes noti dicti fratris Guidonis inquisitoris .MCCCI. die sabbati, XXV. mensis martij, indictione XIIII^a^. traditum per Beltramum Salvagnium uotarium officij.

Suprascriptus frater Guido de Cochenato inquisitor ut supra. nomine et vice officij inquisitionis heretice pravitatis, fuit contentus et confessus recepisse et habuisse in ambrosinis novis monete Mediolani nunc curente libras vigintiquinque tertiolorum a domina Dionese uxore quondam domini Jacobi de Novate, civitatis Mediolani porte nove, seu ejus nomine, videlicet a fratre Girardo de Novazano tertii ordinis libras tredecim tertiolorum; quos denarios dictus frater Girardus habebat penes se ad petitionem suprascripte domine Dionese, et alias libras duodecim tertiolorum a me infrascripto Beltramo Salvagnio dante et solvente nomine et ad partem dicte domine Dionese. Quas libras .XXV. tertiolorum dictus frater Guido inquisitor ut supra, preceperat debere deponi per suprascriptam dominam Dionese ad suam petitionem

ad tabulam domini Pinamontis monatarij, civitatis Mediolani campsoris ad kal. februarij proximas preteritas, ut constat per instrumentum unum precepti, traditum per me infrascriptum Beltramum Salvagnium notarium dicti inquisitoris, anno proximo preterito die mercurij .XXI. mensis decembris, indictione quartadecima, renuntiando dictus frater Guido inquisitor ut supra et non facte dicte confessionis predicto nomine, et omnium predictorum et infrascriptorum non ita actorum et dictorum, et omni probationi in contrarium. Insuper dictus frater Guido inquisitor ut supra promisit et vadiam dedit et omnia bona dicti officij inquisitionis pigneri obligavit mihi suprascripto Beltramo Salvagnio notario publice persone renuntianti nomine et ad partem predicte domine Dionese, ita quod de cetero omni tempore erit stabit et permanebit tacitus et contentus et fatiet et curabit cum effectu quod dictum officium et inquisitores heretice pravitatis, qui modo sunt et per tempora erunt, et quelibet alia persona de cetero erit et stabit et erunt et stabunt taciti et contenti et tacita et contenta in hac presenti solutione et confessione, et quod conservabit et indempnem prestabit dictam dominam Dionese a dicto precepto predictarum librarum viginti quinque tertiolorum propriis dampnis et expensis dicti officij inquisitionis, et sine dampnis et expensis dicte domine Dionese. Actum Mediolani, in domo fratrum predicatorum in cella magna inquisitorum. Interfuerunt ibi testes vocati et rogati fratres Gregorius de Buxero et Guillelmus de Vicomercato, ambo ordinis predicatorum, et Balzarrus filius quondam Jacobi de Monteorfano, civitatis Mediolani porte ticinensis, omnes noti dicti inquisitoris .MCCCI. die domenico .XXVI. mensis martij. in dictione .XIIII[a], traditum per suprascriptum Beltramum Salvagnium notarium.

Marchixius filius quondam ser Demiani Sichi, qui modo habitat in monasterio Clarevalis, abiuravit omnem heresim, credentiam, favorem, receptationem et defensionem heretice pravitatis cujuscumque secte, et juravit dicere veritatem et stare mandatis ecclesie et dicti inquisitoris sub pena excomunicationis et cetera. Actum in dicto monasterio Clarevalis, coram suprascripto fratre Thoma inquisitore. Interfuerunt ibi testes vocati et rogati donus Andreas de Murazano et donus Gufredus de Rovore de Cumis

et donus Georgius de Puteo Blancho, omnes monaci dicti monasterij, et frater Ylarius de Mutina, ordinis predicatorum, MCCCIJ, die dominico, XIJ, mensis februarij. indictione quintadecima, traditum per suprascriptum Beltramum notarium.

Interrogatus dictus Marchixius a suprascripto fratre Thoma inquisitore sub juramento et penis, quibus tenetur officio obligatus, si cognovit quomdam Guillielmam, que sepulta erat in monasterio clarevalis, respondit quod sic. Interrogatus de qua conditione erat illa Guillelma, respondit quod ipsa erat femina bone conditionis, et dicebatur quod ipsa erat soror regis Boemie. Interrogatus si ipse credidit ipsam Guillelmam esse spiritum sanctum, respondit quod non. Interrogatus si ipse unquam audivit ab ipsa Guillelma quod ipsa esset spiritus sanctus, respondit non. Interrogatus si unquam audivit ab aliquo de devotis dicte Guillelme, quod ipsa Guillelma esset spiritus sanctus, respondit quod sic ab Andrea Saramita. Interrogatus dictus Marchixius ut dicat in quibus partibus stetit dicta quondam Guillelma in Mediolano in vita sua, respondit quod ipsa stetit in Bregonia et in Pusterla nova et ad sanctum Petrum ad ortum, ubi ipsa mortua est. Interrogatus si illa domus, in qua mortua est illa Guillelma, erat illius Guillelme, respondit non, sed erat monasterij Clarevalis, qui emerunt eam domum ab illis de Miracapitibus, quorum erat illa domus. Interrogatus de qua pecunia fuit empta illa domus, respondit quod fuit empta de pecunia dicti monasterij, et non de pecunia ipsius Marchixij testis, quod sciat, bene tamen audivit postea quod de pecunia, que fuerat sua aliquid datum erat in emptione illius domus sed nescit pro certo; quia omnia sua bona erant dedicata dicto monasterio. Interrogatus ipse Marchixius si illuminavit sepulcrum dicte Guillelme, respondit quod sic de lumine lampadum, sed non ab annis sex citra. Et hoc fatiebat, quia multe persone dicebant quod ipsa Guillelma liberavat eas de suis infirmitatibus. Item dixit quod quadam vice vivente ipsa Guillelma quondam Andreas Saramita dicebat quod ipsa erat spiritus sanctus, et ipse Marchixius testis dicebat quod non, et ita fecerunt guadiam, et iverunt ad ipsam Guillelmam, ut ipsa deberet dicere quid erat de hoc. Et ipsa Guillelma multum irata, ut videbatur, respondit eis, quod ipsa erat de carne et ossibus, et etiam duxit

filium in civitatem Mediolani, et quod ipsa non erat quod ipsi credebant. Et nisi facerent penitentiam de illis verbis, que dixerant de ea, irent ad infernum. Interrogatus si ipse male dixit de illis, qui fecerunt comburi corpus dicte Guillelme, vel si credidit eos male fecisse, respondit quod non, nec se intromittebat de illa, sed bene dixit quod illud non nocebat ei, si ipsa erat in paradiso; et quod inquisitores erant sapientes, et quod illas que facta fuerunt circa illam Guillelmam, facta fuerunt de jure ut credit. Actum in dicto Monasterio Clarevalis coram suprascripto fratre Thoma inquisitore, presentibus suprascriptis testibus, suprascripto anno et die, traditum per Suprascriptum Beltramum notarium.

Paganus filius quondam Maphei Coste, civitatis Mediolani porte nove, constitutus in presentia suprascripti fratris Thome inquisitoris, et interrogatus ab ipso inquisitore sub juramento et penis, quibus tenetur et est officio obligatus, si unquam dixit quod beata Maria mater Yeshu Christi fuit vel esset angelus, respondit quod bene dixit quod beata Maria est angelus, sed nunquam credidit hoc. Item dixit quod quidam magister Mangarocha, qui est magister de Muro, tempore quo combustus fuit Ventura Rubeus, amplexatus dictum Paganum in burgo porte Cumane foris prope puteum, et dixit ei lacrimando quod melior amicus, quem haberemus, et intendebat ille magister de hereticis et eorum credentibus, ut credit dictus Paganus, est mortuus et combustus, videlicet Ventura Rubeus. Interrogatus dictus Paganus quare dictus magister dixit sibi illa verba et quomodo confidebat de eo, respondit quod credit quod dictus magister reputabat eum testem credentem et amicum hereticorum. Interrogatus si ipse testis manifestavit se unquam illi magistro, quod esset amicus et credens hereticorum, respondit quod ille magister multotiens laboravit sibi testi et laborando dicebat dicto Pagano multa verba pertinentia ad fidem hereticorum. Et ipse Paganus assentiebat dictis verbis, et ea libenter audiebat, et ostendebat se credere verbis eius, et tunc credebat vere ipse testis, quod heretici essent boni homines, et quod eorum fides esset bona, sed tamen modo non credit. Interrogatus quantum est quod ipse testis dimisit illam credentiam, respondit quod a tempore quo fuit ci-

tatus per inquisitorem citra dimisit illam credentiam. Interrogatus si ipse testis unquam maledixit de papa de Roma, et quod ipse papa non poterat dare indulgentiam, respondit quod non, sed tamen bene dixit quod multi qui ibant Rome melius facerent si non irent ibi pro illa indulgentia. Interrogatus si unquam dixit alicui persone quod hostia, que consacratur per sacerdotes, non esset vere corpus Christi, respondit non, sed bene fuit comunicatus de pane benedicto. Interrogatus vel verba habentia similem sententiam, (sic) respondit non, nec unquam credidit. Interrogatus si unquam recepit corpus Christi, respondit non, sed bene fuit comunicatus de pane benedicto. Interrogatus si unquam fuit confessus peccata sua, respondit quod sic quandoque in infirmitate, sed non jam sunt multi anni. Interrogatus dictus Paganus testis si mater ejus fuit heretica, respondit non, sed dixit quod ipsa bene erat credens hereticorum. Et ipse testis, dixit quod ipsa mater sua fuit filia quondam Conradi de Seregnio et stabat super pontem veterem porte Cumane. Interrogatus si cognovit aliquos alios hereticos vel eorum credentes, respondit quod audivit quod Georgius de Vertemate, qui stabat super pontem porte Cumane erat credens hereticorum, et hoc audivit a Gervasio Colderario suprascripte contrate. Item dixit hic testis quod Jacobus de Anzano et Armenoldus Colderarius erant credentes hereticorum ut audivit. Interrogatus si aliquis hereticus vel credens hereticorum unquam ostendit sibi aliquam familiaritatem vel amicitiam vel aliquod signum stringendo ei manum vel alia fatiendo pro quibus crederent vel haberent eum credentem eorum vel amicum, respondit non, quod recordetur . . . .
(*Manca nel codice il foglio di continuazione; segue in altro*):
+ptis si quos habet qui dixerint contra eum malitiose et causam (sic) suspectionis.

Suprascriptus ser Balzarrus de Orezia comparuit coram suprascripto fratre Thoma inquisitore ut supra in territorio sibi assignato per ipsum inquisitore(m). Cui ser Balzarro dictus inquisitor fecit legi predictum dictum suum, quod dixit coram dicto inquisitore die veneris decimo octavo novembris proximo preterito. Interrogatus dictus ser Balzarrus ab ipso inquisitore si illud dictum suum est verum, et si illi dicto suo vult aliquid addere

diminuere vel mutare, respondit quod illud dictum est bene verum, sed vult addere illi dicto hoc, videlicet quod ipse ser Balzarrus audivit dici quod due mulieres illorum Gluxiano jamdiu est, que erant heretice, fuerunt in domo sua, tamen dixit quod non cognovit eas, nec illas vidit nec aliquam earum quod recordetur. Actum Mediolani in domo fratrum predicatorum in camera ubi fit offitium inquisitionis heretice pravitatis. Testes frater Jacobus de Gluxiano et frater Dominicus papiensis ambo ordinis predicatorum, die dominico vigesimo mensis novembris MCCLXXXXV. in dictione .VIIII^a. traditum per Beltramum Salvagnium notarium.

Domina Castellana filia quondam domini Guidonis medici de Lixono, et uxor Primerani Biffi, civitatis Mediolani, porte Cumane, comparuit coram suprascripto fratre Thoma (de) Cumis inquisitore ut supra, in territorio sibi assignato per ipsum inquisitorem. Cui ipse inquisitor legit de verbo ad verbum quoddam dictum suum quod dixit coram ipso inquisitore die iovis, XVII. novembris proximo preterito hujus anni. Interrogata ab ipso inquisitore, sub juramento et penis, quibus tenetur offitio, si illud dictum est verum, et si illi dicto vult aliquid addere diminuere vel mutare, respondit quod illud dictum est verum et quod illi dicto nihil vult addere diminuere vel mutare. Interrogata quantum tempus est quod frater Anselmus absolvit eam, respondit quod non bene recordatur, quia primo heresim abiuravit tamquam heretica consolata, et post illam abjurationem stetit aliquibus annis, sed nescit numerum annorum, et postea recidivavit, et a dicto fratre Anselmo cruce signata fuit. Actum in ecclesia sancti Eustorgij Mediolani coram dicto fratre Thoma inquisitore. Testes frater Ardiginus Gambarus ordinis predicatorum et Mayfredus de Cera filius quondam Guarnerij civitatis Mediolani porte ticinensis foris, die lune, XXI, mensis novembris, suprascripto anno, indictione, traditum per suprascriptum Beltramum notarium.

In nomine domini amen. Cum nos frater Thomas de Cumis ordinis predicatorum inquisitor heretice pravitatis in Lombardia et Marchia januensi auctoritate sedis apostolice deputatus, invenerimus ex scripturis autenticis offitij inquisitionis, et publicis documentis, quod dominus Stephanus Confanonerius filius quon-

